

1687.

24^a,^b Mitterus, Petrus: *Te gratia Doctoris 2 Saenpl.*
1687-1715

22. Mitterus, Petrus: *Lex Rahlia Pola 69. 8. dc
contra ab. ent. vend.*

23. Mitterus, Petrus: *De crimine maiestatis Rec. 1712.*

24^a,^b Mitterus, Petrus: *De vicibus iuridicis . . .*
2 Saenpl. 1687-1711.

25^a,^b Mitterus, Petrus: *De factis fictione in fraudem
creditorum facta . 2 Saenpl. 1687-1712.*

26^a,^b Mitterus, Petrus: *De paricacosa . 1 Saenpl 1687
- 1713.*

27. Mitterus, Petrus: *De contractibus donisoriis
ultimis voluntatisibus adiectis .*

28. Mitterus, Petrus: *De absurdo.*

29^a,^b Mitterus, Petrus: *De bonis parochialibus . 2 Saenpl.
1690-1705.*

30. Rahlus, Henr. Balther: *De concordia .*

1687.

31. Rottius, Hans. Balck : De feudo mere haeredario
- 32^a et Rottius, Hans. Balck : De nosatibus . . .
33. Sig. Thurius, Corpus : Antiquitates Histoticae et Palae
linatus Saxones .
34. Schroeckherus, Iohannes Christianus : Ad legem singularium
C. de inofficiois dotibus .
35. Schroeckherus, Christianus : Quomodo nuda scientia
criminis quem involvatur .
36. Stevoglius, Philippus : Do dominio bonorum in res sub-
lunares deque dominii iijus usq .
37. Skurius, Georgius Adams : De testimoniis peritorum
in arte .
38. Skurius, Georgius Adams : De vineis
39. Wedelius, Georgius Wolfgangus, Fac. med. decanus : Pro.
pumpitione in ang : De morbo inspukato. (ad Riputa.
Lionem in ang. Sigismundi Waxmanni invitata)

is

Pala

reem

nh.

trans

Re.

ta.

GF

5478.

2

11

PETRI MULLERI, Jcti
ET ANTECESSORIS SALANI
TRACTATIO JVRIDICA
DE
GRADV DOCTORIS
Bon
Der DOCTOR - Gürde
CUI ACCESSIT
JACOBI BORNII Jcti
PROGRAMMA
DE
PROMOTIONE PER SALTVM.

ACCVRANTE

CHRISTIANO VLRCICO GRVPEN.

JENÆ, Typis PAVLI ERICII. 1713.



HOLI LECTORI BENEVOLO

S. P. D.


C. V. GRVPEN.



Uam denuo recusam de *Gradu Doctoris* tractationem Tibi, Lector Benevolo, exhibit *Typotheta* Paulus Erichius, illam haetenus desiderarunt plurimi. Habet ea autorem PETRVM MULLERVM Jure Consultum in hac Salana quondam celeberrimum, à quo publico examini hæc olim commissa erat. Exciderat illa, quod saepius disputationibus euenire solet, jam omnium fere manibus, ideoque de noua atque altera hac editione laborare vel argumenti dignitas postulabat. Programma quidem de *Promotione per Saltum* non est Mulleri nostri, sed JACOBI BORNII JCti apud Lipsienses quondam egregii atque scriptis etiam plurimis clarissimi, quod merito ab interitu hac ratione liberandum, & ob materiæ affinitatem hic adjicendum videbatur. Ceterum his nundinis Lipsiensibus, quæ proxime imminent, cura Pauli Erichii viri integerrimi elegantes P. Mulleri *de Camera Principis & obligatione Camerali* disputationes reculæ prodibunt. Vale. Scribeb. Jenæ 19. Octobris A. O. R.

1714.

PRO-



PRO O E M I U M.

Frigidum studia literarum, nullo vel admis-
sum paucis inventis earum cultoribus, si
neque præmio, neque honore aliquo studi-
um operamque compensem ejus, qui eas
sequitur; Contemnuntur artes, steriles
possessori futuræ suo;

-- *Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
præmia sit tollas? uti est ap. Juven. Sat. 10.*

Neque frustra Horat. epist. 2.

-- *Aut virtus nomen inane est,
aut decus & pretium rectè feret experiens vir.*
Symmach. lib. 1. ep. 73. Scimus bonas artes honore nutritiri, atque
hoc specimen esse florentis Reip. ubi honor merentibus tribuitur.
Quamobrem boni Principes & moderatores Rerumpp. quibus
subjectorum salus curæ cordique fuit, id egere semper, ut pro-
positis præmiis & honoribus ad literas excolendas invitarent,
quotquot animum cupidum & capacem ad eas afferrent, atque
adeò velut virum cœlitus sibi datum observavere, si quem su-
pra vulgi communem sortem eruditum & doctum nacti es-
sent. Salva enim haud dubiè ac incolumis stat civitas, floret-
que quam diutissimè, cuius Rectores aut ipsi literis & scientia
rerum imbuti sunt, aut saltē prudentum & doctorum homi-

num opera & consiliis utuntur. Id quod benè animadvertis
 Cominætus Gallus 19. comm. hist. ubi quamcumque, inquit, par-
 tem Deus vult amplificari & florere, ibi quoque prudentes homi-
 nes & industrios excitat. Hanc rem recta ratio cuivis satis in-
 sinuat, si quis tamen aliunde testimonium expectet, audiat cal-
 lidum illum Macedonum Regem, qui cum libertati Athenien-
 sis insidiaretur, ingenuè suis confessus est, facilius se il-
 la urbe, quam Thebis aut Thessalia potiturum, si non obstaret
 Demosthenes. Quamobrem callido consilio ei, quam dixi,
 civitati, pacem obtulit, sub lege, *si sibi oratores suos obfides mit-
 teret*, facile deinde fraudatam consiliariis suis, qui velut præsi-
 dium & munimentum urbis erant, oppressurus. Quam illi
 fraudem populo detexere sub specie elegantis Apologi: Lupum
 fingeant ovili obtulisse pacem sub conditione, si canes sibi
 traderet, ea fraudis cogitatione, ut remota custodiâ canum adi-
 tus sibi ad ovile fieret. Apud Livium unius viri prudentia
 Menenii Agrippæ infensam Senatui plebem & urbe exceden-
 tem placasse, & Patribus conciliaasse legitur. Crœso etiam re-
 sponsum accepimus, capi Samios non posse, quoad cum eis
 Æsopus esset. Quid ergo ille barbarus & apud agrestes natus
 Licinius apud Aur. Vict. ausus est literas, quas non didicerat
virus & pestem publicam nominare, precipue forensem industriam. J. Casus in Sphæra civitatis, Tyranni, non Principis esse ait,
Academias tollere, artiumque Scholas prohibere. Et prudens il-
 le Arragonia Rex belluinanam, non humanam vocem dicebat esse,
 ejus, qui negabat convenire Principi atere literatos. Cæfarem
 memorat Suetonius omnes Medicinæ & liberalium artium
 Professores civitate donasse, ut libentius urbem incolerent,
 quamquam non idem subinde apud Romanos Philosophiæ fa-
 tum fuit, de quo Seneca *de consolat.* lib. 10. *Philosophiæ,* inquit,
velut corruptiores juventutis ex Roma abire jussi sunt, & Gellius
lib. 15. Noct. Att. c. II. Philosophi Roma pulsi non tantum temporibus

* (5) *

bus nimis rudibus, nec dum græca doctrina expolitis, sed & Do-
mitiano imperante Senatus consule ejeci, atque urbe & Ita-
lia interdicti sunt, qua tempestate Epictetus quoque Philoso-
pus propter id Senatus Consultum Roma decessit. Meliori-
bus tamen temporibus magno in honore pretioque habiti
sunt. Macrobius in somn. Scip. lib. 2. Soli sapientia otio de-
ditos ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nescivit. conf. Sve-
ton. de claris Rhetor. c. 1. Constantinus Magnus quanto stu-
dio curaque literarum atque scientiarum studia promotum
iverit, quantumque tribuerit Doctoribus earum atque Pro-
fessoribus, vel ex l. 6. C. de Profess. & Med. perspicere nobis
licet. Neque verò inferiori curâ & solicitudine artes & sci-
entias promotas voluere majores nostri summi Germaniæ
Imperatores atque Principes, quando erectis sumptu maxi-
mo, Academiis sive Scholis publicis, liberali stipendio con-
duxere Viros doctos variaque rerum scientia eruditos, qui
juvenilia ingenia eò confluentium præceptis artium atq; sci-
entiarum imbuerent, propositis certis dignitatum nominibus
sive titulis publica festivitate rituque solenni conferen-
dis, si qui laudabilem cum primis operam præstisset literis,
ut hoc exantlatæ industriae præmio & prærogativâ digni-
tatis singulari excitati cæteri ab otio ignobili abstraherentur,
& fervore pari se conferrent ad studia. Egregios enim in-
vitantes præmia mores, & bonos non solum metu poenarum,
sed & præriorum exhortatione efficere oportet. arg. l. 1. ff.
d. J. & J.

CAP. I.

exhibens

Doctoris etymologiam, homonymi-
am, synonymiam, definitionem atque
originem.

III. 2

A 3

SUM-

* (6) *

S U M M A R I A.

§. I. Unde dederunt Doctoris vocabulum. II. Quis dicatur Doctor. III. Vocabatur etiam Magister. IV. Quando primum Doctores cœperint creari. V. An Doctorum creatio & titulus pugnat cum fide nostra.

§. I.

Doctor à docendo dicitur, eoque vocabulo veteres Romanæ eloquentiæ autores significabant ordinem, qui docet vel interpretatur; Ita Cicero in epistolis: *Libri juris civilis Doctorem lumenque afferant.* Eadem 3. de Orat. Isocrates *Doctor singularis* audit. Sallustius, qui Tacito est rerum Romanarum florentissimus autor, in Orat. C. Marii: *Neque literas gracas didici, quippe que ad virtutem Doctoribus nihil profuerunt, illa multò optima doctus sum, bostem ferire, praesidia agitare.* Apud Tacit. 14. annal. Neroni assentatores aduersus Senecam Preceptorem ejus has voces inslurasse memorantur: *Finitam Neronis pueritiam, & robur juvente adesse, exueret magistrum satis amplis Doctoribus instructus majoribus suis.* Pari sensu Constantinus in 1. 6. C. de Profess. & Medic. legum Doctores dicit.

§. II. Nobis Doctor est is, cui ob eruditio nem excellentiorem legitimis probationibus cognitam titulus iste à Majestate vel ejus nomine ab Academicis collegii ritu solenni, aut à Comite Palatino codicilliis intervenientibus collatus. Eoq; sensu dici Doctor potest, non solum qui actu docet, sed & qui ad docendum aptus est,

Ut quamvis taceat Hermogenes, Cantor tamen, atque opimus est modulator, & Assessus vafer omni abjecto instrumento artis, clausaque taberna Sutor erat. Horat. 1. Sat. 3.

§. III.

§. III. Potest etiam venire generaliori *Magistri* Vocabulo. Namque sub hoc tanquam genere Baccalaurei, Licentiati, Doctores, quin & milites, & ut in summâ dicam, cujusque disciplinae Praeceptores comprehendiuntur, & sic dicuntur, quod magis ceteris possunt, l. 57. ff. de V. S. ubi Aleiat. Festus in voc. Magistri. In quibusdam Academiis, Parisiensi v. gr. Lovaniensi Theologiae Doctores καὶ ἔξοχοι dicuntur Magistri nostri, cuius pronominis adjectionem Rebuff. in tract. concordatorum §. I. idē fieri existimat, quod sint omnium communes, tam in prædicationibus, quam in lectionibus gratis inserviendo, & veluti Ecclesia dicitur nostra, quia nemini gremium claudit, sic istos. Et porrò subdit, aliarum facultatum Doctores non debere vocari nostros. Bernegger. orat. I. p. 17. istud vocabulum, ubi Deo tribuitur, fiduciam in eum nostram clarissimè exprimere, ubi creaturæ, vanitatem & æmulationem ostendere putat, quod in medio relinquo. Ex eo fit, quod aliquando Magistros Doctoribus anteponi in Principum diplomatis videmus, aut in rescriptis universum literatorum ordinem concernentibus solum magistrorum mentionem fieri, quemadmodum de privilegiis Academiae Tübingeris ab ejus fundatoribus concessis testatur Besold. *dissert. de Magistr.* c. 7. Literæ Caroli V. ad Viennensem Academiam datae, quibus Lutheri libros flammis dari mandat, hanc inscriptionem præ se ferunt: *Dem Würdigen/unsern lieben andächtigen und getreuen/N. Rector/Magistern und Doctorn/unser Universität zu Wien/apud Goldast. in Reichs-Satzungen pag. 452. & ali.*

§. IV. Quo potissimum tempore honorum Doctoralium cum ceteris gradibus Scholasticis collatio recipi in Academias, & frequentari coepit, non usquequa certum & expeditum est. Sane quidem jam ævo Justiniani legum cultores suis quique nominibus atque titulis honorari, atque à fe

se invicem secerni ex annorum numero, quibus studio juris
operabantur, solebant, cum in rem lege *confit. proem.* O-
mnem *ff. de jur. doc. rat.* Sed horum alia & diversa longè
à nostris ratio est. Illud compertum atque exploratum est,
ante Lotharii Saxonis Imper. ætatem gradus istos Academicos
ignotos fuisse. Quare, postquam ille quem modò
dixi Imperator expeditione in Italiā contra Siciliā Regem
Rogerium suscepta sub annum C. 1135. Jus civile Romanorum
in certum corpus à Justiniano conclusum in lucem
protraxisset ope & consilio Irnerii usus, atque restitutâ ei pri-
stinâ autoritate, Bononiæ proponi tradique publicè jussisset
studiosæ Juventuti, non adeò aberrare à verò mihi viden-
tur, qui statuunt, simul tunc optimo Principi, quo Juve-
num animos ad tractanda majori ardore & industriâ Roma-
ni Juris studia pelliceret, cogitatum de præmio quodam es-
se, conferendo iis, qui egregiam istis studiisque operam de-
dille, eruditonemque solidiorem sibi comparasse inventi es-
sent, eidemque fortè à Consiliario suo Irnero Germano ho-
mine Doctoris titulum & honorem sub certa solennitate do-
nandum iis, qui meruisserent, suggestum esse, atque primi qui
sic creati sunt Doctores Juris, memorantur Bulgarus, Hugoli-
nus, Martinus, Pileus & alii. Quod ubi succedere feliciter, &
magnam afferre civili Juri & autoritatem & incrementum Ca-
nonum & Theologiae interpretes vidissent, cum honorem
communem suarum facultatum Candidatis fecisse probabile
est, ut ita mox Parisiis & ipse Petrus Lombardus primò, & qui
ejus Epitomen Sacrae Theologiae didicissent, Theologiae, qui
Gratiani decretum, Canonum Doctores creati fuerint, cum
antea omnes cuiuslibet facultatis interpretes uno communi
vocabulo magistri dicerentur. Ita Seculo XI. venerabiles
Magistros Rudolphum & Anshelmum in explicatione pagi-
næ divinæ præcipuos fuisse in Francia tradit Helmondus apud

mag-

* (9) *

Magdeb. cent. II. p. 1048. prout olim Justinianus Antecessores Juris Magistros appellavit, §. 1. *Const. de jur. doc. rat. in l. 16. §. 2. ff. de rec. arb.* Sabinus Cassii Magister dictus. add. l. 7. *C. de Profess. & Medic.* Matth. Stephani de *Jurid. lib. 3. p. 2. c. 14. num. 53. & sequ.* Aliis è contrario visum est, Canonum interpretibus istos honores primum usurpatos, eo consilio, ut cum viderent subita recens inventi & recepti Scholis Romani Juris incrementa, Decreto suam conservarent autoritatem, Juvenumque animos certatim ad Romanii Juris studia transituros sibi novo isto honore conciliarent, atque sic ab iis demum amulatione mutua ad civilis sapientiae cultores traductos. vid. *Limn. de J. publ. lib. 8. c. 8. n. 2.*

S. V. Prius autem quam hinc me moveam, non possum non respondere iis, qui laqueum injicere conscientiae nostrae, & honores Academicos non posse à quoquam salvā pietate & fide nostra conferri petique contendere ausi sint. Primus hanc item nobis intendit, & verba Christi ex novo foedere nobis objectit tempore Lutheri, à quo secessionem fecit, D. Andreas Bodenstein Carolstadius, homo male feriatus, nugator ingens, & Anabaptistico furore corruptus, quem Philippus Melanchton vocavit à literis initialibus das bōse A. B. C. qui non solum ipse Doctoris titulum abnuit, & Frater Andreas, quam Doctor audire maluit, sed & cum Promotoris vicem aliquando sustinens Doctoratus honores Johanni Westermanno & Godscalco Grapio conferret, publicè testatus est praesente Luthero, (qui in actis Decanatus Collegii Theologici Academiæ Wittebergensis suā hæc consignavit manu) se posthac nemini amplius gradum esse collaturum, eò quod promovendo alios in Doctores, sciens ac prudens faceret contra voluntatem Christi. Et Cinglius in Epistol. ad Bugenhagium scribit, se cum fastidio legere illos titulos: Doctor & Professor Theologiae. Adversari autem

B his

* (10) *

his titulis credunt Christum eo , quod apud Matth. 23, v. 8.
discipulis suis dicit: *Vos autem nolite vocari Rabbi: Unus enim
est Magister vester Christus , omnes autem vos fratres estis.*
At enim scire debent , Christum ibi non notare literatorum
hosce titulos in eruditionis præmium & ad excitandam cæ-
terorum industriam publica autoritate merentibus collatos ,
sed privata autoritate , sed ambitione quadam & arrogantiâ
temerè sibi sumptos , atque eo cum primis Pharisæos notabat ,
qui sibi potestatem quidvis pro lubitu in Ecclesia statuendi ,
condendi , præcipiendi vindicabant , falsò persuasi , se omnis
sapientia thesaurum possidere ; à qua arrogantiâ Christus
discipulos suos voluit esse alienos . D. Præses in disp. cui tit.
est: *Templum honoris tb. 4.* Est alius quidam recentior , qui
non ausus se credere luci , sed facto nomine Hippolithum à
Lapide sese ferens in proœmio famosi scripti de Ratione sta-
tus multa in Doctorum invidiam evomuit , eosque cum Ju-
stiniano Jure ex orbe Romano , si per eum staret , proscri-
ptos vellet : sed cum privatum odium specie boni publici te-
geret videatur , nihil ei repono .

C A P. II.

ubi agitur

de

Personis gradum Doctoris Confe- rentibus.

S U M M A R I A.

- I. Doctores creat Imperator & Rex Romanorum. II. An &
Vicarii Imperii? III. Quid olim de Doctribus Leiden-
sibus? IV. Imperator hoc jus suum per alios exercere
solet. V. Imp. unico verbo creare Doctorem potest, idone-
um tamen. VI. Quid de Pontifice Romano statuendum.

S. I.



Jus & potestas tribuendi Lauream Doctoralem ei, penes quem est summa in quaque Republica potestas, & in Imperio Romano soli Imperatori competit, ejusque reservatis accensetur Ord. Cam. p. 1. t. 3. §. desgleichen. Stamler. de Reserv. §. 56. quem inde Baldus Oceano comparat, quod ab eo dignitates omnes fluant, refluant, atque deriventur ad alios, l. 1. ff. de leg. Jul. amb. Olim quoque publicè de jure respondendi potestas à solo Imperatore petenda & impetrata erat, l. 2. §. pen. ff. de O. J. Imperatorem cùm dico, non excludo Regem Romanorum, alleg. Ord. Cam. quippe & iste propria potestate & eadem quā Cæsar vi electionis in Imperio pollet, nisi quod ejus exercitium sit suspensum, demumque committente vel impedito Cæsare fese exerat. Conf. Magn. Dn. Lyncker. dissert. de Rege Rom. lit. e. De eo, qui mortuo Imperatore eligitur, mox in Imperatorem promovendus, quomodo in Aurea Bulla Rex Rom. accipitur, nulla justa dubitatio est, cum omnem potestatem atque vim ab ipsa electione habeat, vid. A. B. c. 2. §. 5. neque satis idonea ex causa hic aliquid Pontificia coronationi tribuerit devota Papali nomini antiquitas, vid. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. num. 9. & seqq.

S. II. De Electore Palatino & Saxone Imperio vacante an idem possint, dubitatur. Qui id affirmant, dicunt Vicarios posse ea omnia, quæ Imperator, cuius vicem gerunt, nisi quid specialiter ipsis sit interdictum, inter quæ cum non inveniatur jus erigendi vel confirmandi Academias, consequens esse eos recte hac uti potestate. Qui contrarium tuentur, ajunt Vicarios nullam aliam habere potestatem, quam quæ A. B. Car. IV. c. 5. expressa, nec enim frustra Carolum ibi referre quasdam species eorum, quæ Vicariis competunt, neque haec tenus exemplum visum confirmata à Vicariis Academias.

§. III. Ex eo de jure Academia Lugdunensis ab ordinibus uniti Belgii Anno 1575. institutæ olim disputatum, & Doctoribus ibi creatis status controversiam apud exterorū motam memini, quos ob id Leidenses dictos scribit Speidelius in verb. Academia. *Weil* sic sibi viel leyden müsten. & pæto demum à Gallo Angloque obtinuere Batavi, ut Doctores à se creatos in suis ditionibus approbarent, quod ex Meterano refert Besold. 1. polit. 12. §. 3. num. 31. Quamobrem Limnæus lib. 8. Jur. publ. c. 8. num. 29. Nulli sanè ego, inquit, suasor fuerim, Lugduni Batavorum gradum ut allunrat Doctoris. Licet enim in Gallia & Anglia ex pactione modò relata fortassis pro tali reputabitur; in Imperio contra reveror, ut contradictionem effugiat. Sane quidem Belgium feudali nexu Imperio subjectum fuisse ipsi Belgæ in supplici libello Cæsari Principibusque Germaniae oblato Anno 1570. fatentur, quo de vid. Limn. tom. 4. p. 83. & antiquissimis temporibus pars Imperii fuere. Fr. Irenicus lib. 1. Exeg. Germ. c. 19. atque à Car. V. Imp. tractatu cum ordinibus habito de novo Imperii feudum constitutum est, publicumque super ea re compositum instrumentum Anno 1548. At postquam excusso Hispani jugo libertatem armis sibi vindicarunt, simul Imperio obsequium denegare, pro liberis fese gerere, legatos excipere & mittere, omnianque jura *autonogatogicas* sibi usurpare cœperunt. Cerrè pace cum Hispano Anno 1648. Monasterii conclusa, eademque à Ferdinando II. Imp. confirmata omni jure in eos cessum etiam ab Imperio videtur, ut hodie tantum de justa promotione dubitare fas haud sit.

S. IV. Exercet autem Imperator hoc jus suum plerumque per alios; per Academica collegia puta, vel per Comites Palatinos; quibus tamen de sua potestate afferentibus citra exhibitionem concessionis sive privilegii credendum non est, *Sixtinus de Regalib. c. 4. n. III.* Ab his qui creantur

Doctores, eos vulgus bullatos vocat, à bullâ seu sigillo diplomaticis eorum à Comitibus adjuncto, aliquando Codicillares audiunt à codicillis seu diplomatibus. De horum iure & privilegiis infra pluribus. Jam illud videbimus, an hanc potestatem à Cæsare sibi concessam exerere quoque in Academiis queat Comes? Movet hanc quæstionem, at non decidit Thomas Sagittarius *disp. de Comit. Palat. thes. 25. lit. d.* Negat Magnif. Dn. Bechmann. *ad A. B. tit. 5.* atque hic Jenæ cum id aliquando auderet Nicol. Reusnerus, Com. Palat. cæteri Proceres Academiæ restitere, nec permisere Doctores in civitate vi comitivæ ut crearet. Quid si ex comitiva ostendi poslit voluntas Principis, potestatem Comitis sui eo usque protensam volentis, num id ei etiam in Academiis liceat? Archiduces Austriae, quod obiter addo, ex Caroli V. singulari concessione obtinuere potestatem creandi Comites, Barones, Nobiles & Doctores, Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 34.* Limn. *de J. publ. lib. 5. c. 2.*

§. V. Ipse tamen Imperator id raro per se & *āpias* exequitur! Unicum ejus rei habere se exemplum Limnaeus scribit in Rudolpho II. Imperatore, qui Barthol. Bezium Tyrolensem, Oratorem Legationi ad portam Ottomannicam destinatum majoris dignitatis atque reputationis gratia dato diplomate Doctorem juris renunciavit Laurent. Ohm. *de Jur. Episc. th. 17. lit. d.* simili exemplo Magnus Moscoviae Dux quendam natione Germanum, cuius peritiam in arte medica jam in se probè deprehenderat, cum licentiam rogasset proficisciendi in quandam Germaniæ Academiam, ibique capiendi gradum Doctoris, ipse Doctorem Medicinæ cum diplomate magnifico proclamasse refertur ab Adamo Oleario *Itin. Persic. c. 6.* Atque id ab Imperatore fieri posse vel unico verbo citra omnem solennitatem tradit Angel. in *I. I. C. de sent. pass.* quod tamen ita capiendum putem, si

quem facere Doctorem intendit, plane non sit indignus, atque omnis scientia expers, sed cuius eruditionem jam cognitam & perspectam habeat. Nam cum Doctoratus non sit nuda & simplex dignitas, sed quæ doctrinæ & eruditioni tanquam fundamento innitatur, non potest facere Doctorem hominem planè rudem & inscium: Neque enim inscita ejusmodi impedimentum est, quod dispensatione Principis tolli suppressivè queat, neque defectus aliquis est in Principe, sed in subiecto. Id quod Sigismundus Imperator in Conventu quodam Basileensi confessus est cuidam Georgio Fissello legum Doctori, quem ipse ulterius equestri dignitate ornaverat. Hic cum diu staret anceps animi, partibus nobilium literatorum, an equestrium sese sociaret, tandem missa dubitatione ad equites transiturus erat. Quod animadvertis Imperator: *Parum considerate, inquit, agis Fisselle, Doctores Equitibus qui postponis. Ego enim Equites uno die mille fecerim, Doctorem mille annis unum non fecerim.* Perinde atque ille cuidam peregrinum vocabulum Tiburii Cæsaris defendant, atque esse & id latinum, & si non esset, futurum dicenti, respondit eum mentiri: *Hominibus enim civitatem Principem dare posse, verbis non posse.* vid. Sveton. de illustr. Gramm. c. 21. Imperare quidem Princeps suis potest, ut pro Doctore habeatur etiam indignus & indoctus, non tamen facile cuiquam ille videri debet velle vulgare auctoratum Doctorum nomen & pro Doctore observandum obtrudere, qui nihil minus quam docere possit, ad dissentium ipse subsellia ablegandus.

§. VI. De Pontifice Romano an idem possit, queritur? Sancte postquam Hierarchiam quandam independentem apud suos ubi stabilivit, eoque relatas etiam Academias cupit; Postquam, inquam, à multis retrò seculis Academias & fundavit, & fundaturis autoritatem & privilegia dedit,

RICHP

dit, etiam in ditionibus Romano Imperio subjectis non repugnante Imperatore, non negaverim suam autoritatem eiusmodi Academiis, neque Doctoribus ibi creatis jura & privilegia ibi obtenta impugnatum iverim, non quod suo iure hoc facere credam Pontificem, sed quod cōniuentia sua Imperator aula Pontificis confirmare, eique manus ad reservata sua extendenti eo, quod non contradicit, consentire videatur, arg. l. 63. §. scientibus ff. de re jud. vel potius valere quis dixerit hic gesta Pontificis, perinde ac valuere, quae gerebantur à Barbario Philippo, qui cum servus esset, errore populi liberum hominem esse putantis, prætoram obtinuit, l. 3. ff. de off. Prat. Idem nobis judicium est de iis, quos ipse Pontifex interveniente bulla, vel per eos, quibus hoc speciatim demandat, vel per Advocatos Consistoriales Romanæ, seu Rotæ Romanæ, quam vocant, quibus inter cetera privilegia indulxit, ut possint laurea Doctorali insignire, quos ea dignios invenerint, renunciavit Doctores. Hujus rei exemplum celebre superioris seculi Valent. Rotmar. annal. Acad. Ingolst. subministrat Middendorp. de Acad. l. 1. c. 13. de Friderico Staphylo homine Germano. Hic Theologian & Juris Canonici prudentiam non indoctus, sed qui uxorem domum duxisset, summos honores à Facultate Ingolstadiensi petiit, sed ob causam, quam dixi, rejectus à Pontifice Romano interventu Ferdinandi I. Cæsariorum obtinuit, ut per Episcopum Salisburgensem, cui hanc potestatem delegavit Pontifex, in ipsis Conciliis Auguſtanis adhibito solenni ritu inter Doctores codicillares adscriberetur. Leo X. Pontifex Romanus Ennum Verulani Episcopum in Helvetiam ablegasse traditur, data ei inter alia potestate promovendi ad Doctoratum cæterosque gradus Academicos servatis debitissimis solennitatibus & constitutione Viennensis Concilii quadraginta personas idoneas & sufficienti examine probatas,

* (16) *

batas, quæ omni jure & prærogativâ gauderent, quibus cæteri in Academiis legitimè promoti, Limn. in add. ad lib. 8. c. 8. n. 14. ex Hottinger. Différ. de meth. legendi bīstor. Helv. p. 522.

C A P. III.

tractat

De Personis Gradum Doctoris acquirentibus.

S U M M A R I A.

- I. *Quis posuit acquirere gradum Doctoris?* II. *Quā estate posuit?* III. *Quanto tempore studii adfuisse Candidatum oporteat?* IV. *An spurius fieri Doctor posuit?* V. *An legitimatus?* VI. *An Judeus?* VII. *An femina?* VIII. *An mortuus?*

§. I.

HAnc dignitatem qui ambiunt, eos honestæ vitæ & fama esse, probis moribus, eruditione & doctrina solida per plures annos studiis & laboribus indefessis parta excellere oportet, l. 7. C. de Profess. & Med. l. 2. §. fin. ff. de Orig. Jur. Neque quicquam interessit domini ne & in patria literis studuerit, & privata industria sufficientem sibi comparaverit eruditioñem, an extra eam in Academiis ex ore Doctorum publicè vel privatim profitentium scientiam idoneam hauserit. D. Praeses de studio juris tractando part. poster. in princip. Cui non adversatur, quod privilegia studiosis, qui peregrinantur, qui amore scientia sunt excusles, concessa legitimus in Autb. Habita C. m filius pro patr. id quod in contrarium moveret Jul. Pacium ad d. Autb. c. 4. n. 8. Fuit quidem hæc una ex causis, quæ Fridericum movere, quare

quare tam liberaliter indulgeret studiosis , sed non sola , sed non palmaria causa est , quæ licet cesseret in eo , qui domi studet , non tamen cessant cæteræ , quæ magno numero ibi recessentur . Una ergo cessante , reliquæ nihilominus jus suum afferere scholari possunt , vid . Dd . in § . affinitatis Inst . de Nupt . l . si non ex alia sententia ff . de hered . instit . c . inter cæteras de re script . Tiraq . in tr . cessante causa limit . 22 .

§ . II . Qua vero ætate quis ad Doctoratum adspirare possit , de eo nihil certi statutum , neque vero statui potest . Habenda enim hic vel maximè ratio est doctrinæ & eruditionis , quam non eodem omnes tempore assequuntur , cum sint ingenii & indolis varia varii , nec parem quique animum vel ardorem ad studia afferunt , multos etiam fortuna in ipso studiorum cursu si non destituit , at certè remoratur , ut serius perveniant ed , quo si benignioribus fatis usi fuissent , multò citius pervenissent . Sunt tamen , qui 25. ætatis annum hujus dignitatis Candidato præfigunt , tum quod nemo minor ad Rempublicam administrandam , honoresve in Republ . gerendos admittatur , l . 8. ff . de mun . & bon . tum quod fragile sit & infirmum minoris ætatis consilium , multisque captionibus & insidiis suppositum , l . i . ff . de minor . & imprudenti imperio regatur secundum Leon . Nov . 28 . adeoque res sit futura periculi plena , spem & vitam laborantium , quod Doctorum & Advocatorum officium est , l . 14 . C . de Adv . i . huic ætati permittere , & Menochio Juvenis Advocatus litium confusor dicitur , d . arb . jud . qu . c . 87 . & 192 . atque inde nec ad tutelam curamve subeundam admittatur , § . Item major Inst . de excus . tur . Sed his occurri facile potest : neque enim ista definitio l . 8. ff . de mun . & honor . tam universalis & necessaria est , quin ab ea ex causa recedi soleat , l . ii . ff . de decur . Nam & minori consulatum delatum esse constat , non solum ex l . un . ff . de Conf . sed & ex l . 14 . C . de relig .

relig. & sumt. fun. & l. fin. C. de privil. eor. qui sacr. pal. mil.
 quartum subscriptiones Honorium nobilem puerum præfe-
 runt, quod sit vel dispensatione Principis, d. l. n. vel bene-
 ficio liberorum, l. 2. ff. de min. vel ob penuriam hominum,
 qui sint idonei ad Remp. tuendam, l. 2. C. qui etat. vel prof.
 se excus. lib. 10. di ἐγνώσαντες την πόλιν, ut loquitur Plutar-
 chus in Bruto. Deinde diversitas magna intercedit inter
 administrationem Reipublicæ honoresque in eâ gerendos, &
 inter augustum Doctoris gradum; hic enim titulus est sine
 administratione. Denique est alia ratio tutelæ curâve de-
 ferendæ, alia ejus, qui causam alterius apud Judicem orat.
 Ibi nihil imputari pupillo potest, quod minorem elegit:
 Clienti qui major est, potest, adeoque æquo animo seret, si
 quod sibi damnum inconsultâ Advocati minoris electione
 accersiverit, l. 23. de minor. præterea tutor pupilli esse nequit
 minor, quia uteque favore dignus, adeoque ob etatis lu-
 bricum restitutione in integrum adjuvandus, quod cum si-
 mul fieri non possit, repellendus minor erat à munere tur-
 telæ. Quibus omnibus & illud addo, quod quemadmodum
 alias malitia, ita hic scientia videatur etate in supplere. Pro-
 inde ego cum illis sentio, qui post annum 17. juvenem Doctoris gradum ambientem audiendum volunt, modò suffi-
 cienti doctrina & eruditione ista etate veniat instructus. Eo
 namque tempore potest quis absolvitè studia sua, & ad do-
 cendum aptus esse. Hac etate vel paulò majori Nerva fili-
 us publicè de jure respondisse fertur, l. 1. §. 3. ff. de posul. nec
 non Celsus, qui passim in jure Adolescens appellatur, l. 59.
 §. 13. ff. de V. O. Hac etate quis Judex esse potest, l. 57. de re
 jua. Bartolum, quem Principem Legistarum appellat Jason
 in l. 1. C. de summ. Trin. anno 17. de jure disputasse refert
 ejus discipulus Angel. de Perusio in l. 1. §. pueritiam de po-
 sul. & ipse de se Br. testatur in l. quidam cum filium d. V. O.

Se

* (19) *

Se legibus studere cœpisse anno 13. & anno 20. publice repetiisse & disputasse, demum anno ætatis 21. gradum Doctoratus adeptum. Ipse Angel. cœpit advocare 20. anno, & in Doctorem assumi, & legere anno 24. ut idem indicat in d. l. i. Mynsinger. annos natus 21. publicè docuit, quod scribit ipse 4. Obs. 29. n. 2. Hujusmodi exempla plura & recentiora, quæ nova hodiè non sunt, in promptu essent, nisi chartæ parcendum putarem.

§. III. Pari modo nec certum aliquod temporis spatium studiis tractandis definiri potest, cum semper alii alii velocius proficiant. Et naturæ legem ponere videntur, quæ vel cum Cagnol. in proæm. n. 226. decennium, vel septennium cum Pontifice in c. cum ex eo 34. d. elect. in 6. vel quinquennium ex l. omniem §. sed quia in proæm. ff. studiis dandum præcisè præscribunt. Non diu studuisse, sed bene, laudandum est. c. gloria episcopi in fin. 12. queß. 2. Sed neque repellendi à studiis, qui demum post 25. annum ad eamimum adjiciunt, cum Musæ omnibus sint amicæ, nec ante quem deserant, quam deserantur, nec tulla sit ætas ad discendum sera, l. 20. ff. de fideicommiss. libert. contra quam Dd. vulgo in l. i. C. qui es at. vel profess. lib. 10. hinc notat Johan. Faber, se jactare solere in eos, qui serò ad studia appellunt animum: Eris, Amice, Advocatus in altero seculo. Et Baldum, cùm proiectoris ætatis ad Jurisprudentiam se contulisset, ita excepsisse ferrur Bartolus: Tardè venisti Balde! apta quidem magis est studiis tractandis ætas juvenilis, quam robusta, nec tamen idèò hac plane excludenda. Servius Sulpitius grandiori ætate se dedit studio juris Q. Mucii objurgatione excitatus, & tamen in magnum ævi sui JCTum evasit, l. 2. §. 43. ff. de O. J. Accursium quoque jam quadragenarium sese addixisse juri discendo fama est.

§. IV. Qui infamia & vita turpitudine aliqua sese no-

.11

C 2

tarunt,

* (20) *

tarunt, procul arcentur ab augusto Doctorum honore, & in universum illis dignitatum porta clausa sunt, l. 2, C. de dignitat. lib. 12. Spurius an eò eniti possit, quæstum & disceptatum multis est? Equidem putaverim, si quis fornicatione matris adspersam natalibus maculam vitae & morum honestate eluat, & industria sua ingenique felicitate sibi eam eruditionem & rerum divinarum atque humanarum scientiam comparet, ut non indignum se eo honore graduum Academicorum diribitoribus præbeat, eum in numerum Doctorum adscisci citra contaminationem augusti ordinis posse. Nam infamiam criminè nostro nobis accersimus, arg. §. 1. Inst. de obl. qua ex del. nasc. nec matris calamitas nocere filiis debet, pr. Inst. de ingen. qui nihil admifere, non sunt puniendi, l. 13. de V. S. quippe nasci ex fornicatione non filii; sed parentis peccatum est, l. fin. C. de nat. lib. Spuriis dignitatis porta patent, admittuntur ad decurionatum, l. 6. ff. de decur. l. 3. §. 2. eod. qui dignitas est, d. l. 6. l. 7. §. 2. l. 12. §. 2. ff. l. 3. C. d. t. de decur. neque jure notati reperiuntur, neque graves & cordati viri eos notant: quare nec ci-vium numero & jure excludi possunt. Menoch. d. arb. Jud. qu. lib. 2. cent. 5. c. 454. n. 17. & fusè Palæott. tract. de spuri. Et notb. c. 13. quo scripto causam spuriorum paulò largius aliquando tuetur, & suam unā tueri multis creditur, qui tam ad Cardinalatum electus est. Bartolus, magnum apud Practicorum filios nomen, expositus & per fratrem quendam Clericum collectus & educatus erat. Item Joh. Andrea, quem verificæ scientiæ Juris Canonici Patrem Bl. vocat, & Fr. Zabarella cognomento Cardinalis in Proœm. Clem. solum plus illuminasse Jus Canon. scribit, quam omnes alii Doctores simul centum annis, incertâ venere conceptus in lucem prodierunt. Ex Pontificibus Romanis octo recenset Palæott. d. tr. c. ult. qui fuerint Spuri. At Imper. Friderico

II.

II. olim in Comitiis publicis Merseburgi habitis impositum ab Imperii Principibus , fidem natalium suorum idoneis ad hoc prolatis documentis vindicare , teste Spangenberg. in Chron. Saxon. pag. 247. De consuetudine Spurios Docto- rari scribit Benius de privil. Jcl. p. 3. c. 34. n. 7. qua tamen non universalis est , sed statuta & mores Collegiorum Academicorum in eâ re variant , alibi admittuntur , alibi vero rejiciuntur. Apud Tubingenses eos admitti testatur Besold. d. Jur. Academ. c. 4. n. 7. qu. 4. Jason olim apud Mediola- nenses eâ de causâ repulsam tulit. Nimis ergo præceps ju- dicium est Vivii decif. 162. n. 10. lib. 1. quod Spurius non ma- gis possit fieri Doctor , quam asinus homo.

§. V. Planè ferendi non sunt , qui ne quidem legi- timatos admittunt , eosque adhuc dum inter naturales , imò etiam infames referunt , quos inter etiam est Mynsing. 4. Obs. 31. ac proinde à rebus dignitatem annexam habenti- bus submovent , ea ratione inducti , quod legitimatio non omnem maculam abstergat , & infamia remaneat infamia , licet causa ejus sit extincta. Esse enim legitimationem simi- lem Alchymiae , quæ faciat aliqd apparere , quod non est , vel ut alii loquuntur , manere cicatricem & lituram in legi- timato , ut ex sententia Baldi refert Tiraquell. d. nobil. c. 15. n. 18. Certè isti juri ac potestati Principis vim inferunt , e- jusque beneficium , quod benignâ interpretatione fuerat pro- duendum 1.3. ff. de const. Prince. planè sterile & inane red- dunt. Ea vis est legitimationis , ut omnem notam illegiti- mæ nativitatis tollat , ponatque legitimatum in eum statum , quo sunt illi , qui ab initio ex justo & legitimo thoro conce- pti & nati sunt , horumque jure utatur Noh. 74. c. 1. §. 2. Nov. 29. c. 1. §. 3. l. 10. §. 3. ff. de in jus voc. l. 2. l. 3. ff. de na- tal. refit.

§. VI. Judæus si non juris , an saltem Medicinæ Do-

Ator fieri possit, quæritur? De eo loquor, qui non exuta pri-
 flina impietate & ætigia cœrui fideliū se confociavit, &
 non minus hoc atque illud nego, eò, quod generaliter huic
 hominum generi administrationes & dignitates interdictæ
 sunt l. fin. C. de jud. & cœlic. neque Judges, arbitri, assessori-
 res aut consultores esse possunt, l. 15. C. eod. c. cum sit 16. de
 jud. c. ex speciali 18. eod. & Canonico jure disertè cautum, ut
 nullus eorum, qui in sacro sunt ordine, aut laicus aliquem
 Judæorum in infirmitatibus suis consulat, aut medicinam ab
 eis percipiat, c. nullus 13. caus. 28. qv. 1. & abstinentum Christi-
 anis, quoad ejus fieri potest, consuetudine & familiaritate
 nimia Judæorum, ne forte corrumpantur aut seducantur, c.
 sepè 12. d. caus. & qv. ac porrò nec pro obstetricibus aut nu-
 tricibus inservire Christianis mulieribus Judæas, aut contra
 possunt, c. 8. c. 13. de Jud. nec servitia præstare in domo Ju-
 dæi Christiano licet, c. 5. eod. quibus accedit, quod Judæi ple-
 rique omnes sint usurarii publici, adeoque infames habeantur
 à Christianis, c. 2. §. fin. caus. 3. qv. 7. & vestitu à perso-
 nis honestioribus distinguantur Ord. Polit. Fr. anno 1577. von
 der Juden Kleidung. nec est, quod quis objiciat, & servos
 fuisse Medicos olim apud Romanos, l. 10. §. 1. de ann. leg. l.
 41. §. 6. de fideic. libert. l. i. §. 5. C. de comm. serv. man. l. 3.
 pr. C. comm. de legat. Eninverò Empiricos & Chirurgos
 illos magis dixeris, quam Medicos, qui non tam arte quam
 usu & experientia medicandi facultatem sibi quæsivere, arg.
 §. 6. Inst. de leg. Aquil. l. 7. sub fin. l. seq. 8. ff. eod. l. 4. ff. de
 sciar. Ingenuos etiam invenimus dedisse operam Medicæ
 arti, & in summo honore à Principibus Romanis habitos,
 quod ex Tacit. 4. ann. c. 3. colligere est, ubi: Sumitur, in-
 quirit, in conscientiam Eydemus, amicus & Medicus Livia spe-
 cie artis frequens secretis. Idem 6. annab. 50. Chacicles Medi-
 cus Tiberii Amicus. Sic Syeton. in August. Ces. Artorium Me-
 dicum

* (23) *

dicum Augusti amicum appellat. Quam sententiam responso suo comprobarunt Helmestadienses Mens. Feb. 1611. quod exhibet Magnif. Dn. Bechm. tr. de privil. stud. c. 8.

§. VII. Porrò de fœmina nonnulli quærunt, utrum ad gradum Doctoris adspirare possit? Sanè natura sequiorem sexum æquè atque mares anima rationali, sive eis animæ rationalis facultatibus, qua in studiis humanitatis, in Philosophia cæterisque scientiarum generibus institui, & eruditio ne solida imbui possint, instruxit. Valent judicio, quo media, quibus ad eruditionem pervenitur, apprehendere, assi mare, atque approbare queunt: Valent in memoriâ, quæ, quæ appre hendere, custodian. Apud Romanos etiam fœminas artibus liberalibus institui solitas fuisse probat l. 4. ff. ubi pupill. educ. vel mor. deb. Quid? Quod exempla prostant, quam plurima earum fœminarum, quæ doctrina & eruditio ne famam immortalem apud posteros sibi quæsivere. Quamquam id rarius contingit, & ut plurimum ad eam per fectionem, quod masculi, non enituntur fœminæ. Quoniam ergo gradus Scholastici potissimum in præmium acqui sita studiis impigris doctrinae & eruditio nis sunt recepti, vi deri posset, nullam esse causam, ob quam eas fœmineo gen eri denegemus. Elisabetha Johanna Welfonia Virgo Anglia lauream poëticam obtinuit à Paulo Melisso Franco Co mit. Pal. & Equit. aur. Civ. Rom. quod constat ex Sapphico ejus carmine, quod dictæ fœminæ misit cum hac clausula:

Quid Palatinus Comes eruditæ

Insuper vati tribuam benignus?

Lauream? Daphne tuos decebit

Laurea Crimes.

Quia imò si exemplis rem conficimus, quedam Isabella Lo

fa



sa Corduensis, doctissima apud Hispanos foemina, sed jam
viro alligata ad summos Doctoris honores in Theologiaeve-
sta est. Alia Bononiensis Beltizia Gozadina Virgo Docto-
rales honores in Jure Bononiae abstulit, ac primò Institutio-
nes Juris privatum studiosæ juventuti exposuit, tanto applau-
su, ut mox ad publicam professionem vocaretur, si verus est
Hilarion de Coste des eloges & vies des Regines, Princes-
ses &c. ex quo hæc producit Limnaeus in add. ad J. pub. lib. 8.
c. 8. n. 96. De filia Accursii Glossatoris refert Panciroll.
do clar. legg. interpr. lib. 2. c. 29. quod Bononiae publicè jus
civile docuerit. Quicquid de eo sit, masculorum eruditio-
ni debetur iste honor, hi ad docendum auctorandi. Fo-
minæ sese abstineant docendi munere, & consortiis mas-
culorum potius se subtrahant, pudicitia sue memores & ope-
rum, quæ eis natura permittit, & quibus eas justit abline-
re, licet summa atque optimæ opinionis constitutæ, l. 6. C.
de recept. arb. Foemina ab omnibus officiis civilibus vel
publicis remotæ sunt, teste Ulpiano in l. 2. ff. de R. J. ubi De-
cius, c. mulierem 33. qv. 5. Br. in l. fin. num. 16. ff. de coll. ill.
& in l. 1. n. 18. C. de dignitatib. 12. Τινακι κορωνη στην φέγει,
ut Poëta apud Aristot. lib. 1. polit. 8. monet.

§. VIII. Tandem & illud quæri video, num mortuo
possint conferri insignia Doctoris? quo dē dubitat Abb. in
c. à nobis de sent. excomm. Affirmat illud Fagnan. in libell.
problem. cum meth. Jur. Univ. 132. motus eō, quod possit no-
bilitari, cū & stipulatio post mortem facta hōdiē valeat, S.
post mortem Inst. de inutil. stipul. Item legatum & fideicom-
missum relinquī, l. un. C. ut actio ab hered. Etscribit Spartanus
Adrianum Imperatorem recusasse triumphum, qui Trajano
nuper defuncto debitus erat, imaginemque ipsius Trajanī
curru Triumphali vectam, ne post mortem Triumphi amit-
teret dignitatem. Porro si propter criminis atrocitatem in
cor-

* (25) *

corpus ejus, qui in necem Principis aliquid machinatus est, animadverti, & memoria damnari potest, *i. quisquis s. C. ad L. Jul. Majest.* Consequens videtur esse ex adverso, ut, qui generoso consilio & virtute sui corporis objectu necem cervicibus Principis imminentem avertit, ob egregium istud facinus insigni aliquo honore decorari & nobilitari possit, cum faciliiores ad præmia quam poenam esse soleamus, *c. odia de R. J. in 6.* Verum hic frustra à nobilitate equestri ad literatam argumentum ducitur. Nam Doctorum nobilitas personalis est, & cùm persona interit. Illa vero equestris est hereditaria, & eo commodo fruitur filius ex nobilitate defuncto Patri collata, ut ne ipsius nobilitas censeatur nova, sed à patre in se derivata. Quid? quod doctoralis dignitas Candidato confertur, ut aliquando doceat, quod frustra spes in eo, qui in rebus humanis esse desiit.

C A P. IV.

agens deo

Modo ac ritu in promovendis Doctoribus adhiberi solito.

S U M M A R I A.

- I. Gradatim ad summum Doctoris honorem ascendendum.
- II. Eruditio Doctorandi legitimis examinibus probanda.
- III. Certiritus ac solennitates adhibenda.

§. I.

Olim ad summos cujusque facultatis honores & gradum supremum Doctoratus contendentibus per duos inferiores Baccalaureatus vel Licentia gradus eò emergendum erat, ex coquè graduum appellatio in scholis rece-

D

pta.

pta. Gradus enim quasi processus quidam est, ex inferiori loco ad superiore, teste Varr. *d. Ling. Lat.* l. 4. c. 35. Bacalaureatus primo alteroque anno conferebatur iis, qui tyrocinia deposuerunt, & vel abbreviaturas legere norunt, Ruland. *de Commiss.* p. 1. lib. 1. c. 14. *in fin.* Hic gradus in plerisque Academiis ab usu recessit, quem tamen ad rei literariae decus spectare cenfet, & reduci suadet Ern. Cothm. *cons. Acad.* 44. n. 33. Sed tamen Licentiatorum nomen hodieque frequens est, & plerumque uno eodemque actu & tempore conferri solet his, qui publica solennitate exhibita in Doctorum ordinem adscribuntur. Licentiatи dicuntur, quod eis liceat, quandocunque velint, summam Doctoris dignitatem petere & consequi. Eos Buddeus Μελοδία σονταξεις vocat, Pontanus Doctores designatos. Et Alciat. *in l. 57. ff. de V. S.* esse dicit, qui nondum quidem Doctorum insignia suscepserunt, electi tamen autoritatique sunt, quos etiam in favorabilibus pro Doctoribus haberi scribit. Sunt autem in dupli differentia; vel enim examinati tantum sunt, & publicè pro gradu disputatione, qui καταχέουσι τα
Licentiatи, rectius Doctorandi vel Candidati audiunt; vel præter ista, quæ dixi, simul publico promotionis actu Licentiati renunciati sunt, non multum differente ab eo, quo Doctores creantur, nisi quod ibi pilei seu bireti impositio non exhibetur, nullumque prandium Promotoribus solvit, & ob id eos Tubingæ nütztere Doctores dici notat Befold. *in Thes. practic. verb. Doctor.* atque hi quoque Assessores Camerae fieri possunt. *Ord. Cam. part. 1. tit. 3.* Ruland. *de Commiss.* l. c. 14. *in fin.*

§. II. Ne vero summus Doctoratus honor temere & sine delecta doctis non magis quam indoctis tribuatur, & in fraudem atque detrimentum Reipublicæ præclaris Doctorum elogiis atque titulis commendentur, qui eis prorsus sunt

in-

indigni , inquirendum Diribitoribus corum honorum ante omnia , nec superfuntorie est , dignus eximio Doctoris titulo & praconio existat , an minus , l. u. C. de Adv. i. l. 7. C. de Prof. & Med. Neque locum hic invenit illud cuiusdam Professoris , qui cum ex quodam studiosorum quæsiisset , num qua lege ex Justiniano corpore sciret defendere eos , qui in Doctores promovent , amplisque titulis extollunt publica scriptura , qui tamen non magnopere docti & periti essent ? diu dubitatem evolvere jussit l. 18. pr. ff. de adil. ed. ubi quæ vendor de servo vendito affirmavit v. g. constantem , laboriosum , aut curacem , vigilacem esse , aut ex frugalitate peculium acquirentem , hæc omnia ab eo non amare exigenda esse Gaius ait , sed cum temperamento , sed ex æquo & bono modicè : quasi jam & hic sufficiat Candidatum promovendum in arte juris ad aliquem modum & mediocriter versatum esse . At enim necquicquam eo excusaveris supremorum honorum Collatores . Namque qui Doctor evasurus est , eum non modicè doctum esse satis est , sed , quod gradus excellencia pollicetur , insigniter & supra cæteros , qui inferioris gradus honores adipiscuntur , eruditum esse necesse est . Accedit , quod qui Candidatos hujus gradus publicè commendant , & de probatâ sibi eruditione testantur , non simpliciter doctos esse dicunt , sed doctissimos , sed clarissimos , sed consultissimos , excellentissimosque , & omnino tales , qui insigni gradus istius prærogativa digni repertisint . Tales ergo , quales esse profitentur , præstare debent : quemadmodum vendor , qui Servum cocum optimum esse dicit , optimum in eo artificio præstare debet , secus atque ille , qui simpliciter cocum esse dixerit : hic enim emtori satisfacere videtur etiam mediocrem præstanto , ead. l. 18. §. 1. conf. Dieth. addit. ad Besold. Th. Praef. verb. Academia. Cæterum qui abusi potestate suâ temere indignos admittunt ,

eos puniri posse & exui privilegiis suis, tradit Gregor. Tholos. d. Republ. l. 18. c. 9. Matth. Stephani de Jdift. l. 3. p. 2. c. 14. n. 126. quo pertinet c. privilegium n. qu. 3. & Scholarem indignum, si petat insignia Doctoralia, mortaliter peccare scribit Jason in rubr. ut nem. lic. sine jud. aut. Sunt tamen, qui volunt mitius aliquantum agendum esse cum eo, qui indolis egregiæ spem & fidem examinatoribus de se facit assiduitatis & diligentia studiis deinceps dandæ, nec illicò, si non bene steterit in examine, rejiciendum, ne forte more ingenii humani repulsa ignominiam non sustinens odium literarum induat, & à studiis planè abalienetur, Alciat. de V. S. n. 51. p. m. 37. Matth. Stephani de Jurisdicç. libr. 3. part. 2. c. 14. n. 81. Septem Doctores examini Candidati adhibendos vulgo probant ex l. 10. C. de Prof. & Med. lib. 10. Gloss. in l. 7. d. t. Bartol. ibidem & alii. Atque si contingat, ut unius Collegii septem Doctores in aliqua Academia non habeantur, ex alia evocandos, Abb. in c. proposuisti d. probat. Sed hodierni Collegiorum Academicorum mores huic numero se non alligant. Ben. de privil. Jct. p. 1. priv. II. n. 4. Est autem examinis adhibitio de forma substantiali promotionis, adeò ut etsi quis notoriè sit doctus, nihilò magis examen evitare queat, Jas. in l. divortio §. interdum. n. 10. ff. sol. matrim. Quod si aliquem ex Examinatoribus futuris sibi nimis acerbum & privato quodam odio votis suis repugnante vereatur, potest eum recusare Candidatus, causa suspicionis apud Rectorem vel Cancellarium Academiæ docta, nec futili comperta juxta Corset. singulari Suspicio. Et si universi citra causam eum rejecerint, apud eundem Cancellarium de repulsa iniquè sibi data conqueri eum posse, & vel ab hoc solo probari tradunt Jo. de Imol. in c. ex literis. de confit. Abb. in c. cui causam d. offic. deleg.

S. III. Quibus ita ritè præmisitis tandem in loco publico

blico præsente & inspectante frequentissima studiosæ Juventutis corona cum insigni spectabilique pompa , ritu verbisque solennibus , quo rei majestas gradusque dignitas & excellentia , tantò magis sese animis intuentum insinuet , tacitaque veneratione ab omnibus excipiatur , ipse Inauguralis actus celebratur . Primum ergo , ubi petita & impetrata à Cancellario , vel eo , qui vice hujus fungitur potestate , sub invocatione divini nominis Doctores publicè renunciavit & proclamavit Brabeuta s . Promotor , in cathedram eos evocat , atque eo ipso simul in quasi possessionem omnium iurium , privilegiorum , ornamentorum , eminentiarum , immunitatum , atque dignitatem gradui Doctorali concessarum , & quibus de jure Doctores utuntur & gaudent , inducit ac immittit , fiduciaque doctrinæ acquisitæ posthac eis jus & potestatem impertit standi in cathedra , docendi , interpretandi , respondendi , & disputandi : Nam cathedra velut investitura quædam & possessionis traditio est , qua illud Jus eamque potestatem , quam modo dixi , denotat & concedit e . fin . dict . 40 . Quam Cathedram ut ornent , monentur . Nam Cathedra per se non facit Doctorem , sed cathedram Doctor , & qui benè sederit super cathedra , honorem accipit ab illâ , qui malè sederit , injuriam cathedræ facit , & ab eâ iterum deturbari ac degradari potest & debet . d . c . (2) Liber eis traditur , quo subindicare Promotor vult , omnem scientiam ex libris querendam , & hauriendam esse , nec quenquam ad sublime Doctoris fastigium ascensurum , nisi qui libros multâ sedulitate evolverit ac revolverit , ac thesaurum ibi repertum altè cordis sui penetralibus immiserit : Ac primò quidem ille exhibetur clausus , quo significatur etiam absque libris eos sapere , & in scrinio pectoris sui conditam sapientiam gestare oportere , ut possint , cum opus sit , etiam non inspectis libris consulenti responderé , & Do-

ctoris obire munia. Mox ille aperitur, eo consilio, ut co-
gitent, non nimium eruditioni & memoria sua fidendum,
sed hujus infirmitatem & lapsum inspectione librorum præ-
cavendum, emendandum & adjuvandum, siquidem Imper-
atore teste *in procem.* π. omnium habere memoriam, & in
nullo penitus peccare, divinitatis potius, quam mortalita-
tis est. Quin una monere eos Promotor vult, non jam im-
petratis Doctoris honoribus esse otio danda corpora, sed
cum quicquid scimus, eorum, quæ ignoramus, pars sit mini-
ma, semper aliquid discendum esse, semper evolvendos li-
bros exemplo Pomponii JCti, qui jam octo & septuaginta
annorum eam vivendi rationem optimam ducebat discendo
conscere, memor ejus, qui dixisse fertur: καὶ τὸν ἐρεγγ
πόδε εἰ τὴ σωτῆρις ἔχει, περιμετρὸν τοῦ πεδούμ. l. 20. ff. de si-
deic. lib. rt. (3) Pileus Doctoris imponitur capiti, quod pars
humani corporis est præcipua, & inde cuius imago sit, co-
gnoscitur, l. 44. ff. de relig. & sumt. fun. quodque sedes ac
domicilium scientiæ & eruditionis est. Pileus olim specta-
ta virtutis & libertatis indicium erat. Nam veteres pileo li-
bertatem designare solebant, test. Alex. Sardo lib. 1. c. 1. de
mor. & rit. gent. unde servis hominibus Jus gestandi pilei
non erat, sed thanumissi demum ob benè merita pileum ac-
cipiebant, l. un. §. 5. C. de lat. libert. toll. Sic & nostri im-
positione pilei novâ quadam & à literis petita libertate adau-
gentur, & ex discipulorum servitute ad docentium libertar-
iem vocantur, ex tacentium contubernio ad respondentium
classici evehuntur. Materia pilei pannus holosericus pre-
tiositate sua, l. 37. §. 1. de evit. insignem Doctoris eminenti-
am arguit. (4) Annulus aureus dígito Doctoris applicatur,
quo ei scientia quasi despöndetur, & responsa sua consulenti-
bus data obsignandi potestas conceditur. Olim aureus an-
nulus equestris dignitatis ornamentum & hieroglyphicum
erat,

erat, & à plebe separabat equites, nec facile cuiquam nisi ob insignem & ipsa re spectatam virtutem, præprimis militarem jus annulum aureum gestandi datum, Cic. *Verr. 5.* Ita re-cens creatus Doctor in insignem quandam honorem, eque-stri dignitate minimè inferiorem subvehit & cetera plebi exi-mi censemur. Porrò figura annuli eundem monere debet, ut sit rotundus in actionibus suis, sit perfectus, neminem obliquo verborum circuitu, aut flexuosis ambagibus circum-veniat: materia, ut sit sincerus, ut sit pura & incorruptæ Justitiæ, ejus quam apud A. Gell. lib. 14. c. 4. noct. att. de-pingit Chrysippus, minister, & detestetur non sincerum il-lum Philosophum apud eund. Gell. lib. 5. c. 3. qui profite-batur, se id docere, quanam verborum industria causa infir-mior fieret superior. Annulus non admittit angulum, non defectum, ita ille non committat, quo unquam boni viri officio defuisse argui jure queat, nunquam à recta & justitiæ conformi sententia sese patiatur abstrahi, secutus exemplum Principis Jētorum Papiniani, qui tanquam Protomartyr Sa-cerdotum Justitia mortem præsentem oppetere, quam sce-lera & particidia flagitiosissimi Principis sui Antonini Cara-callæ defendere maluit, & voluntatem suam ultimam veluti testamento quodam nuncupativo Jurisperitis omnibus, potissimum eis, qui consiliis Principum admoventur, com-mendavit dicendo, facilius patrari scelera Principum, quam assentando defendi aut excusari: Hanc Cygnæam morituri JCti optimi cantionem veluti ex tripode prosectam accipi-ant, caveantque sedulo, ne veram, quam profiteri se jacti-tant philosophiam, in simulatam convertant. (5) Novissimè osculo excipiuntur, quo monentur, inter cetera consilia & cogitationes eo directas esse debere, ut pacem inter Princi-pem & subditos inter Magistratum & cives, atque inter hos invicem tucantur, ac si quædam ad dissidia vergere, & tran-sidet.

* (32) *

quillitatem civium rumpere providerint, tempestivè componant, nunquam tamen à recto justitiae tramite deflestantdo. Tandem totus actus benedictionibus atque faustis aprecationibus clauditur.

C A P . V .

tractans

De Jure & Privilegiis Doctorum.

S U M M A R I A .

- I. Doctores sunt nobiles, & nobilium jure fruuntur. II. JCTi olim summo loco apud Principes habiti. III. Improbabilitas eorum consuetudo, qui Doctores à Clavo Reipublice submovent. IV. Gaudent jure civium eo loci, ubi habitant. V. Habitatio vel invito Domino Doctoribus locanda. VI. Posse sunt expellere vicinum strepita sibi molestum. VII. Sunt immunes à muneribus, que patrimonio non indicuntur. VIII. Aliò migraturi sunt immunes à jure detractionis. IX. Integra salario percipiunt, si per eos non stet, quo minus officium impleant. X. In magna authoritate & honore præ plebeis hominibus sunt constituti. XI. Doctoratus non liberat è patria potestate. XII. Doctor minor lapsus an possit restitu in integrum? dist. XIII. Habent beneficium competentie. XIV. Alias prerogativas ratione delictorum habent. XV. Sumptus in Doctoratum filii facti, non conferuntur. XVI. An privilegiis in Academiis promotorum etiam Bullati fruantur?

§. I.

Qui eo, quo diximus, modo, ab iis, qui jus & potestatena eam habent, Doctorum titulis insigniuntur, per hoc nobis-

nobilium jure & privilegiis moribus nostris fruuntur. Quan-
quam Romano jure scientia per se nobilitat, *i. providendum*
7. C. de postul. unde Ulpianus *in l. 2. §. fin. de excus. tut. no-*
bilis, in l. 4. sub fin. eod. nobilissimus à Modestino vocatur,
quæ loca iis opposuerim, qui negant, nobilitatem JGtorum
ulla lege probari posse. Justinianus Imper. eos Illustres &
Magnificos appellat *in proem. Inf. & π.* Hi namque sunt
ex iis, quos Fridericus Imp. *in Auth. Habita C. ne fil. pro*
patr. scientia suà totum illuminare mundum prædicat. Ne-
que enim minus humano generi provident, qui Principibus
ac Rerumpublicarum moderatoribus salubribus consiliis assi-
stunt, & quibus modis Regimen suum adversus exterorū tu-
eri, recteque & justè administrare debeant, instruunt; qui
ambigua fata causarum dirimunt, suæque defensionis viri-
bus in rebus æquè publicis ac privatis lapsa erigunt, fatiga-
ta reparant, *l. 14. C. de Advocat. div. jud.* quam ii, qui præ-
lii atque vulneribus patriam atque parentes servant. Ne-
scio, inquit Chrysostomus *in c. nunquam disf. 56.* quomo-
do magis ille splendeat, qui ex parentibus natus prorsus à
virtute alienus est, quam is, qui fuerit mirabilis Dei virtute.
Hinc Doctores æquè atque nobiles in Camera Imperiali ad-
mittuntur, & paribus stipendiis fruuntur, Ord. Cam. *p. 1. c.*
43. & in capitulares Ecclesiarum Cathedralium unà cum No-
bilibus deliguntur, Matth. Stephani *de Jurisd. lib. 2. p. 2. c.*
14. n. 94. imò Colonia Agrippina in Metropolitanam cum
Principibus, Comitibus & Baronibus Doctores recipiuntur,
exclusis Nobilibus, Nolden. *d. Nobil. c. 5. n. 35.* Sigismundum
Imper. cum ordinibus Germania sancivisse refert Gol-
dastus *p. 2. Constitut. Imperial.* Dass der vierdte Theil aller
Thum: Stifften und Pfründten aufgehebet werde für die
Doctores und Licentiaten der heiligen Schrift / desgleichen
geist- und weltlichen Rechtens *et cetera.* Ex ea ratione Comissa si
nubat

nubat Doctori , non indigno sua conditione nupsisse creditur Salycero in l. providendum C. de postul. quod probat Phil. Paschalis tr. de patr. pot. p. 2. c. 5. n. 67. & seq. ac proinde si maritus moriturus in testamento disponat, ne vidua à se relictæ nubat cuiquam familia sua indigno , certà pœna definita si contra fecerit, pœnæ obnoxia non sit, si nubat Doctori, nisi forte defunctum de generis nobilitate sensisse manifestum fiat. Sic etiam Doctoribus ab Imper. Car. V. Ordin. Polit. Anno 1498. sub rubr. von Doctorn §. desgleichen & repetita à Rudolpho II. Anno 1577. facta potestas est, vestimenta , ornamenta , aureas catenas annulosque juxta dignitatem & privilegia sua gestandi, quod non àquè omnibus, imò ne nobilibus quidem genere, catenam auream nisi sub hac moderatione gestare licet, daß solche Ketten nicht über 200. Gulden wert / die sie auch mit einem Schnielein umhüinden oder durchziehen sollen / wie vor alters herkommen. Cuius constitutionis vigore uxor Doctoris ejusdam, adversus quam imperialis quadam civitas sub pretextu, quod statutum suum vestiarium violaret, eam multando & pignora capiendo processerat, absoluta est in Can. Spirensi, teste Bechtio tr. de secur. & salu. cond. tb. 226. Porro Doctores possunt sibi citra specialem indulsum Imperatoris usupare insignia nobilium , Wappen mit offenem Schild und Helm / dummodo ab insignibus certa alicujus familie sibi temperent. Chassan. in glor. mundi. Caman. Disp. de Regal. 3. tb. 64. Suaves ergo & miseratione potius, quam refutatione digni sunt plerique ex nobilibus nostrisibus, qui eam ignorantiae suæ sive excusandæ sive legitimanda speciem prætendunt, dedecere se, & gloriam Equestris nobilitatis obfuscare honores in Schola quæsitos, quos adeò non dedecere se putavit quidam cordatior & à præconcepto errore liber ex illorum ipsorum numero Sigismundus Baro de Herberstein,

stein , ut potius majus inde decus accedere nomini suo ;
 quam ex avita generis prosapia fassus sit. Ex antiquioribus
 Germaniae documentis compertum , multos illustri generis
 nativitate conspicuos gradus Academicos ambisse & obtinu-
 isse. Conf. Lans. *Consult. pr. German. p. m. 33.* Non pos-
 sum , quin adducam , quod de Didio Juliano Cæsare refert
Aelius Spartanus : Procurus ei fuit Salvius Julianus , bis Consul , Praefectus urbi , & Ictus , quod magis eum nobilem fecit.
 Neque prætereundum lic nobis est , quod communis Dö-
 ctorum fert opinio , Doctorem , qui viginti annos continu-
 os in Academiâ docuerit , per hoc fieri Comitem , & inter
 illustris annumerari , per lib. un. *C. de Profess. qui in urb. Conf.*
L. 12. Arum. vol. 2. J. Publ. diff. 4.

§. II. Jcti apud prícos Romani Imperii Principes in
 summo honore erant habiti , & curarum consiliorumque
 summi Principis participes semper ad latus ejus stabant , &
 dulci amicorum nomine appellabantur , *I. Jurisperitos 30. ff.*
de excus. tut. l. 17. ff. de jure patron. l. 4. C. de contrab. &
comm. stipul. Alexander Imp. non veretur Ulpianum pa-
 rentem suum appellare in *l. 4. C. de loc. & cond.* Ex eo Bal-
 dus ad d. *I. Jurisperitos.* notat Doctores semper debere sta-
 re ad latus Principis , & Principem debere eos ut Parentes
 habere. Non ergò solum patrocinio Reorum , & litibus
 privatorum disceptandis in Judicio adhibendi Doctores , sed
 etiam clavo Reipublicæ admovendi. Olim præstantissimi
 quique Jcti summis Reipublicæ magistratibus fungebantur.
 Consules erant , Praefecti Prætorio vel urbi , ut pasim in jure
 observare licet.

§. III. Demiror ergò , quo fato factum , ut summi Ju-
 stitiæ Sacerdotes & Doctores , quibus ob eruditioñis & sci-
 entiarum excellentiam iste titulus publicâ autoritate tributus ,
 majoribus olim nostris adeò sordere , nulloque numero ha-
 beri

* (36) *

beri coeperint, ut reformationem istam, quam exhibet Gol-
daſt. in Reichs- Handlungen / p. 167. 171. & seqq. sub manus
ſumferint Anno 1441. cuius articulo 5. cautum : Alle Do-
ctores der Rechten / sie ſeynd geiſtlich oder weltlich / im heiligen
Römiſchen Reich teutſcher Nation , ſollen nach laut der fürge-
nommenen Reformation an keinem Gericht / bey keinen Rech-
ten und in keines Fürſten / oder andern Rath mehr gelitten/ſon-
dern ganz abgethan werden. Sie ſollen auch für daßhin vor
Gericht oder Recht nicht weiter reden / ſchreiben / noch Rath ge-
ben. Sintemahl GOTT den Menschen mit ſeiner eigenen
Weiheit begnadet und verfehen hat / ſo mag er in der fürge-
nommenen Ordnung ſeines Rechtns ſelb wohl warten. Hæc re-
formatio tempore Friderici III. sub incude fuit, ſed mox ad
ſaniores cogitationes redire , eamque executioni dari no-
luerunt. Ejus tamen vestigia hodieque alicubi deprehen-
dere liget , ubi vel statuta vel mores Doctoribus aditum in
Senatum aut ad alia reipublicæ munia honoratiora claudunt,
& è contrario prout quisque opulentior , aut amicitiis aut
affinitatibus cum iis, qui magis cæteris in Republica poſſunt,
conjunctione, ad summa quæque ſubvehitur , qui tamen igna-
rus rerum omnium , totus emendata eruditiorum pruden-
tia regit & regitur. Quod ego fatum Doctorum pene com-
paraverim cum eo , quod Hermodoro cuidam accidit. Hunc
optimum Virum & singulari eruditione , virtute & rerum
prudentia excellentem ob id Ephesi civitate expulerunt , fa-
cto eam in rem plebiscito , quod ex græco ſic latinè loqui fe-
cit Cicero : Nemo de nobis unus excellat ; ſed ſi quis extiterit,
alio in loco & apud alios ſit. Ob quod factum Heraclitus
Philosophus Ephesiſ dignos eſſe pronunciavit , quibus gu-
la frangeretur , quām primū puberes fierent. Conf.
Diog. Laërt. in vita Heracliti. Ipſe quoque Persarum Rex
Darius id factum Ephesiſ data ad eos epiftola exprobavit.

Vide

Vide Henrici Stephani Poësin Philosophicam cinq[ue] subjectas her-
terum epistolas. Hermodoro sua calamitas in honorem ces-
sit. Nam exul Romanum venit, ibique operam egregiam De-
cemviris Civitatem Romanam post expulsos Reges legibus,
quæ maximam partem ex gracia petitæ erant, fundaturis
præstítit, iisque Solonis leges interpretatus est, & ob id non
solum in summo honore habitus est, sed & statua publicâ de-
corari meruit, Cic. lib. 5. Tuscul. Quæst. 3. meminit ejus &
Pomponius in l. 2. §. 4. ff. d. O. J. Quæritur, si Doctor ali-
quis stipendio publico à civitate vel qua alia universitate ad
negotia universitatis tractanda sit conductus, utrum singu-
los universitatis, à qua est conductus, præcedat? quod asse-
rimus, argumento eo, quod manumissus ab universitate
quadam fit libertus universitatis, non singulorum, ac proin-
de non quam universitati debet, singulis ex universitate de-
bet reverentiam, adeoque hos etiam non impetrata venia
in Jus vocare potest, per l. sed si to. §. qui manumittitur, ubi
Zafius n. 7. ff. de in jus voc. Ita & qui conductus est stipen-
dio publico, ut civitati consuleret, non videtur esse condu-
ctus à singulis, adeoque rectè sibi præcedentiam ex statu
sui dignitate majori contra singulos arrogabit, facit l. 1. C. de
Adsc. ubi studiorum labor mereri dicitur, ut hi, qui in pu-
blicis administrationibus constituti, sociari sibi consiliorum
participes cupiunt, spe præmiorum atque honoriscentia pro-
vocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam.
Unde & Advocatus sumtu publico universitatis constitutus
impune causas adversus singulos orabit, docente Zasio in d. l.
Excipiendi tamen sunt administratores Reipublicæ, sive qui
cum potestate sunt, Prætor aut Consules, quos sequuntur.

§. IV. Doctor ceuletur esse civis ejus loci, ubi docet
vel profitetur, Ben. de privil. JCt. p. 1. c. 6. quemadmodum
miles civis intelligitur esse, ubi stipendia meret, sinihil in pa-

triā possideat, l. 22. §. 1. ubi *Gloss.* & *Bartol.* ff. *ad munic.* *Bar-*
tol. & *Alexand.* in *l. filii* 12. §. *fin.* eod. *Bologn.* in *Auth.* *Hab-*
bita C. ne *fil.* pro *patr.* n. 31. ac proinde jure & commodo
fruitur, quo cæteri jure civitatis gaudent. Igitur barbaræ
& irrationabiles sunt consuetudines illæ, quæ *Doctores bona*
immobilia possidere non patiuntur, atque sic eos ad condi-
tioneum *Judaorum* redigunt, notante *Besoldo* *Dissert.* *de Stud.*
Magistr. &c. c. 9. p. 99.

§. V. Porro Dominus ei domum suam aut habitatio-
nem in domo vel invitus locare tenetur, Ben. modo alleg. tr.
de priv. *J Ct.* p. 1. c. 9. contra generalem juris definitionem,
quæ neminem cogit invitum alteri rem suam locare, l. in-
vitos *u.* *C. locat.* & quæ quisque suæ rei moderator est & ar-
biter, l. in re mandata 21. *C. mandati.* eaque ipsi non in lo-
co remoto & obscuro, sed celebri concedenda, ut facile à
quovis conveniri & consuli queat, l. 2. §. 37. ff. de *O. J.* *Pla-*
nè si sit à consiliis, habitatio illi ex publico constituenda. Est
domus periti *Jcti* velut oraculum totius civitatis, ut ait *Cras-*
sus apud *Cic.* lib. 1. de *Orat.* ex quo responsa & auxilium op-
pressi & *injurii* aliorum affecti petunt.

§. VI. Ulterius ut habitatio illi sua sit quieta & secu-
ra, neve ab aliis in vigiliis & meditationibus suis turberatur,
indultum eidem est, ut possit fabris cæterisque, qui artem
strepitu suo vel foctore, aliove modo molestiam sibi futu-
ram exercent, in viciniam suam concessuris, & officinam ex-
structuris novum opus nunciare, & ne sedes ibi suas sibi fi-
gant, prohibere, arg. l. un. sub *fin.* *C. de Stud.* liber. urb. *Rom.*
& *Constant.* lib. 11. Preventionis jure prævalet Doctor, l. qui
balneum 9. ff. qui potior. in *pign.* quamvis aliás sua cuique do-
mum sit tutissimum refugium & nemo invitus ea expelli de-
beat, l. 18. ff. de *in jus* *voc.* l. 22. ff. de *injur.* *Menoch.* lib. 2.
d. arb. jud. qu. c. 234. n. 7. *Coler.* de *proc. exec.* p. 1.c. 4. n. 8.
ubi

ubi hanc theoriam se practicasse scribit hic loci contra quendam vietorem, qui se ipsi ingesserit ad latus in vicinia, & sub mediam noctem surgendo ac compingendo stipandoque vasa vinaria tantos strepitus ac clangores excitari, ut multas noctes insomnes transigere coactus fuerit non sine periculo salutis. Propterea etiam hac de re Consiliarios Illustris Gubernationis Vinariensis interpellatos Senatui Jenensi in mandatis dedisse refert, ut compellerent vietorem ea habitacione dimissa de alia cogitaret, & operas suas in ista vicinia intermitteret. Imò etsi præventus à fabro sit, tamen si alibi habitationem idoneam non possit invenire, quām in ea via, ubi faber habitat, nihilominus posse expelli ex communi Dd. sententia tradit. Menoch. d. arbitr. jud. qu. c. 236. quia utilior est causa studiorum, & Doctor officio & consiliis suis plus prodest Reipublicæ, quām artificio & opera sua artifex. Nisi consuetudine aliud sit receptum, & Doctor in via fabris communiter habitari solitè domum conducere vellet, quemadmodum in civitate Neapolitana fabros habere officinas subitus Doctorum domos, imò juxta Ecclesias, testatur Joh. de Amic. *conf. 104. n. 12.*

§. VII. Quod dixi: Doctorem gaudere civium jure in eo loco, ubi profitetur aut docet, vel alias consulendo vel advocando Reipublicæ operam dat, illud accipiendum de commodis solum, non autem incommodis & oneribus, quæ quis in Republica eo, quod civis est, sustinet. Sic ergo sunt immunes ab onere tutelæ, *l. 6. C. de Profess. Et Medic. lib. 10.* quod alias tanquam munus publicum, *pr. Inst. de excus. tut.* omnes ex Republica regulariter subeunt, *l. 28. C. de decur. lib. 10.* quod tamen non promiscue omnibus, sed his solum, qui Romæ, aut qui ex constitutione Justiniani Constantinopoli aut Beryti vel in patria propria docent, tributum esse videtur, *l. 6. §. 12. ff. de excus. tut.* vel qui sunt emi-

eminentioris doctrinæ , d. l. 6. §. 10. vel qui in consilium Principis adsumti , l. 30. d. t. Atqui vacatio à tutela Medicis, Rheticis , Grammaticis , qui sunt intra numerum, etiam extra patriam tribuitur , ead. l. 6. §. 2. Ergone plus his favetur? Accursius objectum , §. 12. d. l. 6. de Doctoribus vagabundis , id est , sine salario & publica autoritate docentibus accipit. Ita porrò sunt immunes ab hospitatione militum , d. l. 6. Zasius in parat. ff. de procur. n. 35. Sunt immunes ab oneribus portas civitatis custodiendi tempore militiae vel ob peccatum suspicionem , aliasque excubias nocturno vel diurno tempore agendi , nec similiter illis atque aliis civibus imponi potest , ut armis vel loridis se muniant , d. l. Medicos 6. Ord. Cam. p. 1. t. 49. Ben. de privil. Jct: p. 3. c. 97. Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 379. n. 3. neque collectas solvunt per eandem l. Ben. p. 3. c. 98. etiam tempore belli , & qui exigunt, puniuntur arbitrio Judicis secundum Menoch. d. arbitr. jud. qu. c. 379. n. 3. quod limitant, nisi forte summa rerum necessitas urgeat , quam Principes vel Respublica declinare , nisi & ipsi Doctores aliquid conferant, non poslit, Ben. d. l. n. n. Ab his autem oneribus , quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla privilegia præstant vacationem , l. 11. pr. ff. de vacat. & excus. mun. l. 2. C. de mun. pastrim. lib. 10. l. 6. §. 4 ff. de mun. & bon. Denique sunt immunes à vestigalibus solvendis , d. l. 6. Auth. Habita C. ne fil. pro patr. ubi Doctores conamuniter, licet enim ibi nulla expressa mentio fiat immunitatis à vestigalibus, tamè ex eo, quod venire & secure habitare jubentur , per bonam consequentiam etiam hæc immunitas fluere videtur. Quid tamen si quis fraudulento consilio cum rebus suis immunitibus res aliorum munes seu munificas importasse deprehensus fuerit , utrum immunes cum munificis , an potius hæ sole committuntur? Sanè quidem æquius esse videtur has solum in fiscum cadere , ut notat

tat Bl. in l. cum proponas n. ii. C. de naut. fœn. l. si publicanus
 4. §. de rebus & l. ii. §. 2. ff. de public. & ibi Bartol. contrarium tamen de jure civili verius est, per l. 3. C. de naut. fœn.
 l. eodem. ii. §. dominus ff. de Publican. ubi responsum navem cum mercibus publicari, nullà facta distinctione licitarum vel illicitarum; & si navis publicatur, quidni & merces, quantumvis licitæ: non enim navis est in numero rerum illicitarum, Wissenb. ad π. p. 2. D. 15 tb. 25. Salicetus tamen in d. l. 3. C. de naut. fœn. paulò subtilius distinguit, an res licitæ munificæ tamen cum immunibus importentur, & eo casu saltim munies in commissum cadere, l. 4. §. 1. l. 8. §. 2. de public. an verò cum immunibus res plane illicitæ & quæ ne quidem ab eo, qui paratus sit solvere vestigal, importari possint, invehantur, & hoc casu eas indistinctè committi, per d. l. ii. §. 2. ff. de Publican. & l. 3. C. de naut. fœn.

§. VIII. Doctores domicilium mutaturi & alio emigraturi, vel alias bona sua & hereditates sibi delatas translaturi, sunt immunes ab onere detractionis, seu certa bonorum parte aut pecuniae summa ei civitati pensanda, è qua emigrant, aut bona sua transferunt, quod alicubi locorum receptum, Gail. 2. Obs. 30. n. 9. & in Comitiis Ratisbonæ Anno 1594. celebratis non obscurè probatum. Vocatur Germanico sermone Abzug/ Abschöß/ Nachsteuer. Atque id non solum illis competit, qui in Academiis versantur, & artem juris docendo & profitendo exercent, sed & qui extra Academiam consulendo, patrocinando, advocando occupantur. Ernest. Cothm. Resp. Academ. 19. Berlich. 3. Conclus. 21. n. 31. Arum. ad A. B. c. 16. Klock. de contrib. c. 15. idque locum invenit, non solum quando agitur de bonis Doctorum à viduis aut liberis eorum transferendis, sed & si ipsi viventes vel ex persona propria, vel uxoris res hereditarias de loco in locum transportare velint, l. 6. ibi: unà cum uxoribus

C. de Prof. & Medic. l. ult. C. cod. l. 2. §. ult. C. de Episc. & Cler. l. ult. C. de privil. Schol. Berlich. d. concl. 52. n. 34. 35. Cothm. d. l. Richter. in Autb. Habita C. ne fil. pro patr. Sed hoc accipiendo de rebus mobilibus: haec namque personam Domini sui sequuntur, & quasi ossibus ejus inherent, Gail. 2. Obs. 124. n. 18. Secus sece res habet de immobilibus, quae Statuto cujusque loci subjacent, neque respectum habent ad jus & conditionem personae, quae non mutatur rerum conditio, l. 2. §. 2 ff. de V. O. Coler. de proc. exec. p. I. c. 3. n. 232. 238. Carpz. 3. c. 12. d. 16.

§. IX. Salaria etiam solvenda Doctoribus vult Imperator in sape all. l. 6. *C. de Prof. & Med.* quae an honeste pertant queritur? In honeste peti dicit Ictus in l. 1. §. 5. de exercit. cognit. ed quod res sit sanctissima civilis sapientia, nec pretio numinario aestimanda vel de honestanda, adeoque Praetorem vel Praesidem jus non dicere Juris Professoribus, honorarium in Judicio pertinentibus, quod initio Sacramenti & causae ultrò à litigatore offerendum. Sed haec accipienda de iis, qui gratis Jus civile proficiuntur, ut olim Icti. Cic. lib. 1. de orat. & alia locis. Wesenb. ad ff. de var. & extraord. cogn. num. 2. Ceterum qui operari suam ad vocando vel consulendo vendicant, nihil impedit, quo minus pactum honorarium petant, d. l. 1. §. 10. & studiosos Juris, qui salario petebant, exigere haec posse D. Antonius Pius rescriptit in l. 4. ff. cod. itemque Adcessores & Comites Judicium, d. l. 1. §. 8. l. 4. de off. adj. ff. neque quod Professoribus solvit, salarium meriti pretium, seu civilis sapientiae merces sive aestimatio est, sed opera, sed occupationis, qua impediti rebus suis vacare non potuerunt, præmium seu remuneratio, ad quam lege naturali omnes adstringimur, l. 25. §. 11. de petit. hered. Danda vero opera est Principi aut Rerumpp. Rectoribus, ut salarium vel in principio cuiusque

jusque anni, vel singulis semestribus dimidia salarii pars, vel quadrimestribus quarta pars & anticipatè solvatur, Baldus ad l. per banc C. de Adv. div. jud. l. 1. C. de suffrag. Alex. ad l. diem functo ff. de off. Adcess. idque ne duabus curis, & rei domesticæ solicitudine & studiorum occupatione distrahan-
tur. Tantus autem favor salarii est, ut si per eos, qui ca-
piunt, non stet, quo minus officium & operas suas exhibe-
ant, vel meru pessis bellive, aut alias permisso superioris ab-
sint, vel intra annum moriantur, neque ipsi, neque here-
des eorum quicquam de salario prærogato reddere cogan-
tur, immo & nondum solutum debeatur, l. 4. ff. de Adcess. l.
38. §. 1. ff. locati. et si tempus, labor & pecunia divisionem re-
cipiant, l. 9. §. 1. locat. l. 10. ff. de ann. legar. Gail. l. obs. 44.
immò & nondum solutum debeatur, arg. d. l. 4. aliud tamen
de cæterarum artium opificibus sive artificibus, quæ sunt ex-
tra literas vel notas positæ, ut loquitur Ulpianus in l. 1. §.
7. d. r. de extraord. cognit. dicendum, qui mercedem nullam
accipiunt, nisi operâ præstîta, & si fortuito casu, quo minus
præstent, impediantur, quamque accepere promutuam, re-
petuntur, l. 15. §. 6. ff. loc. Ita consuluit Decius cons. 70. in
casu, ubi propter incursum Francorum in Tusciā officia-
les Pisani Doctribus scripserunt, ne legerent, integrum il-
lis salariū deberi non seculs atque si toto anno legissent.
Geminum est, quod Jason docet ad l. 4. ff. de off. Adcess.
Doctorem conductum ad legendum Paduæ, si non potuit
ibi legere propter bellum, quod Venetis inferebatur, inte-
grum tamen salariū petere posse. Id quod extendunt, et
iam si plures salarii præstations per menses vel partes anni
fiant, hic enim nihil minus unicam præstationem annalem
intelligendam: & contra si Doctor aliquis ad plures annos
conductus esset, non tamen nisi annuum stipendium trans-
mitti; quia tot sunt obligations, quot sunt anni, & ideo an-

ni coëpti saltem salarium deberi. Denique Doctori, qui consenuit in officio & jam per senectam, vel aliam infirmitatem officio suo satisfacere nequit, nihil de salario substrahendum, sed ob ejus merita prospiciendum eidem est, ut quod superest vitæ spatium, honestè & ut se decet, exigere queat, arg. l. u. ibi: *veteranis in premium assignatis ff. de evit.* Speckhan, cent. 2. cl. 1. q. 10.

§. X. Doctores in eximia quadam dignitate versantur, & inter egregias personas referuntur, Menoch. d. arb. Jud. qu. c. 70. n. 9. Sichard. ad l. 12. §. in omnibus C. d. reb. cred. Hinc qui Doctori scribit, tenetur eum vocare Patrem, non Fratrem sub poena arbitraria Judicis, quod ex l. 2. C. de off. div. jud. notat ibi Gloss. & Alexand. in add. ad Bart. ibid. Porro Doctor testimonii dicendi, vel jurisjurdandi præstandi causa ad Judicem evocari non debet, sed ad eum mitti, qui domi excipiat, l. 15. ff. de jurejur. l. 12. §. in omnibus C. de reb. cred. & si apud Magistratum vel Judicem compareant, non stare sed sedere apud ipsum Magistratum vel Judicem debent, poena ternarum librarum auri statuta adversus eum, qui id denegaverit, l. fin. C. de off. div. Jud. Denique ex l. un. C. de Honorat. vobis. lib. 11. notant, quod ubi Princeps in aliqua civitate tanquam hospes versatur, præter eum & Doctores nemo vehiculo uti possit. Ea item Doctoris est autoritas, ut ipsi plus fidei, quam aliis cuique imparis conditionis habeatur, adeoque Doctor testis plus valeat, quam testis alius, qui sine dignitate est, Alex. consil. 18. lib. 1. in fin. Menoch. d. arb. jud. qu. c. 96. n. 9. lib. 2. quemadmodum in genere in dignitate constituto major fides, quam plebejo tribuenda, l. 3. in pr. ff. de test. Nov. 90. c. 1. Sic & Doctores duo ex una parte de re aliqua depontentes præferuntur tribus, qui non sint Doctores, ex altera contrarium deponentibus, c. in nostra presentia 32. de test. ibique

* (45) *

ibique *Glossa*. Ben. p. 2. c. 53. Non tamen Doctoralis dignitas impedit, quò minus ille, qui Notarius creatus est, etiam postquam Doctor factus est, notariatum exerceat, & instrumenta publica conficiat, quemadmodum responderunt Lipsiensis 1616. M. Octobr. Hat sich ein Notarius Publ. bey Euch mit Nahmen G. M. in Doctorem Juris creiren lassen / so hat Er sich dadurch seines Notariat - Ambs nicht verlustig gemacht / sondern ist sich desselben zu gebrauchen / und Instrumenta zu fertigen wohl besugt. V. A. V. Vid. Berlich. *decis.* 27. Non tamen eo, quod quis Doctor creatur, sit Notarius, nec potest publicum & solenne instrumentum conficere, Carpz. *Resp. lib. 6. tit. 2. resp. 18. per tot.* Olim responsis prudentum ea vis & potestas data, ut judici non licaret ab iis recedere, §. *responsa prudentum Inst. de I. N. G. & c.* unde & juris conditores interdum appellantur, l. 23. C. *de procur.* l. ult. C. *de leg.* l. 25. C. *de nupt.* hodiè illorum autoritas etsi non necessaria, probabilis tamen est, arg. l. 13. C. *de sent.* & *interloc.* omn. *jud.* & vel unius celebris & sinceri Doctoris responsum succumbentem liberat ab expensis, Pacian. *de probat.* lib. 2. tit. 41. n. 25. Sichard. *ad l. properandum C. de jud.* Doctoris tamen testimonium de consuetudine testantis non plenè probat, arg. l. 9. §. 1. C. *de test.* l. 20. *in fin.* C. *de quest.* Mynsing. 6. obf. 68.

§. XI. Doctoris autem illa dignitas tanta non est, ut solvat filium nexus patriæ potestatis: nam neque militia solvit, §. *filius familiæ* 4. *Inst. quib. mod. jus p. p. solv.* l. 35. ff. *de rit.* *nupt.* l. 5. l. 6. ff. *de pecul. casfr.* l. 3. C. *cod.* l. 7. C. *de patr. pot.* militantibus comparantur JCTi & Doctores, l. *Advocati* 14. C. *de Advoc.* *div. jud.* neque veteres JCTi liberabantur, l. *fori* 4. C. *de Adv.* *div. jud.* l. *ult.* *in fin.* pr. & §. *fin.* C. *de inoff. testam.* Nov. 38. pr. & §. 3. Bald. *in l. simaritus* 7. C. *de patr. pot.* Jas. l. *patre furioso n. ult.* ff. *de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Schneidew. *ad*

* (46) *

d. §. 4. Inst. d. t. Weseimbec. ibid. Strauch. diff. adjus Inst. IV
ib. 23. frustrà diffent. Mynsing. add. §.

§. XII. Ei, quod hactenus diximus, videtur consequens esse, Doctori, si minor 25. annis captus sit, non amplius patere beneficium Prætoris, de restitutione eorum, qui ob lubricum ætatis lapsi sunt, quandoquidem non circa impudentiam in Judicio allegaret se vel juris ignorantia vel errore facti & imprudentia consilique inopia lapsum propter ætatis defectum, adeoque velle restitui: Namque allegatio hæc professioni vitæ foret contraria, cùm turpe sit causas in foro oranti, idque multo magis ei, qui ob summatam, quam adeptus est, in jure scientiam, Doctoris titulum meruit, jus in quo versatur ignorare, test Q. Mucio in l. 2. §. 43. ff. de O. J. & Doctor Juris jam sua prudentia sit, vel debeat esse instructus, arg. §. 1. Inst. de J. & J. ibi: rerum humanarum notitia. cui non succurritur l. 9. §. 3. de Iur. & fact. ignor. Atqui postulare aliquid, quod sit alienum à professione nostrâ, iniquum & incivile foret, l. 6. C. d. mun. patrim. lib. 10. Porro ex Cic. lib. 3. de orat. probant, olim referri solitum ad Jetros non solum de Jure, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio. Ita sentiunt Glossa in l. professio. 6. C. de mun. patrim. lib. 10. Salic. in l. 1. C. qui & adv. quos. Duaren. ibid. Gomez. 2. resol. 14. num. 5. Bronchorst. 1. misc. 28. & Dd. comm. Nos cpm iis sentimus, qui locum restitutioni faciunt, si Doctor minor lapsus sit errore facti in contractibus scilicet & negotiis gerendis ob inconsultam ætatis levitatem. Nihil enim commune habet professio juris & artium cum bonorum administratione, & in rebus agendis prudentia, quæ non ex libris, sed usu & experientia comparatur. Inest huic ætati, quantacunque prædicta sit juris prudentia, levitas quædam, & imbecillitas judicii & multarum rerum augea. Quam

Quam in rem recte Cicero in fin. 2. de offic. de querenda, inquit, de collocanda pecunia, etiam de utenda commodius à quibusdam optimis viris ad medium Janum sedentibus, quam ab illis Philosophis ulli in Schola difficiatur. Ut proinde credibile non sit, de iis, quæ supra ex Cic. adduximus, putat filia collocanda, fundo emendo, requisitos esse etiam Adolescentes rerum prudentia destitutos. Præterea quæ sunt facti, facile prudenterissimos quoque fallunt, l. 7. §. ult. de curat. furios. Et hæc opinio non obscurè probatur l. 1 in fin. ff. de min. l. 1. C. qui & adv. quos. l. 2. C. d. t. de min., ubi qui homines sunt frugi & industrii, qui magistratus & honores gerunt, multorum liberorum parentes, remque familiarem benè ac prudenter administrant, nihilominus si captos esse sese probent, restituuntur, cum tamen non jam infirmi fragilisque consilii, sed pleni & prudentis esse videantur. Sane quidem non tam facile creditur homini industrio, Jurisperito, Decurioni, si se lapsos esse dicant, nihil tamen impedit, quod minus probata læstione restituuntur, d. l. 1. qui & adv. quos. Planè si juris ignorantia, si in rebus professionem suam attinentibus captus sit, v. gr. si forte exceptionem, quam putabat ad merita causa non pertinere, opponere neglexerit, fatis impudenter restitutionem peteret, arg. d. l. 2. §. 43. ff. d. O. 7. Et hanc sententiam amplectuntur Eguin. Baro in l. 1. ff. de postul. Mornac. in l. 2. §. 43. ff. de orig. Jur. Fr. Sarmient. 3. sel. interpr. c. 12. Fachin. 3. controv. s. Perez. ad t. C. qui & adv. quos. Wisenb. p. 1. π. D. 14. tb. 4. Vinn. lib. 1. sel. c. 13.

§. XIII. Ex singulari favore Doctorum, & reverentia eruditiori & virtuti eorundem debita sequitur & illud, quod in carcerem & vineula compingi facile non possint. Hinc si contingat eos facultatibus labi, nec esse solvendo creditori-

* (48) *

ditoribus undique urgentibus, non metuunt carcerem, etiamsi ad commune illud & ultimum debitorum beneficium bonorum cessionis, quod flebile adjutorium, item miserrabile auxilium in l. pen. & ult. C. d. c. f. bon. Justinianus appellat, non confugiant; sed habent beneficium competentia, & condementantur in quantum facere possunt, hoc est, ut tantum eis à creditoribus relinquatur, quantum ad tolerandam honeste vitam opus est, arg. l. 6. l. 18. ff. de re jud. Gloss. in d. l. 6. Alex. in l. centurio 15. ff. de V. & P. S. ubi militi sub armata militia merenti hoc beneficium indulgerur, quibus comparantur milites togatae militiae, sive JCti & Advocati, l. fori 4. l. 14. C. de Advoc. I. Eandem laudem meretur fortitudo foro atque castris edita, secundum Val. Maxim. l. 3. c. de fortitudine, & proinde recte ab illis ad hos argumentum ducimus, vid. Everhard. Topic. Legal. loc. à milite armato militie ad militem coelestis militie, quamvis de praxi hujus articuli dubitet Paulus de Castro ad d. l. 6. nec non Zasius ibidem n. 8. Quin neque sumitus ad obtainendum summum Doctoris gradum subministrari à parentibus, sequestrari à creditoribus Doctorandi possunt, Aloys. Riccius in collect. decis. part. 5. decif. 2042.

§. XIV. Eò amplius si criminis etiam capitalis rei deferantur, non mancipantur custodiae, sed datis fidejussoribus judicio sisti fidei suæ committuntur, vel jusjurandum ab iis exigitur, l. 12. C. de dign. lib. 12. l. 1. ff. de cust. reor. Farinac. in pract. Crim. tit. 4. qv. 33. Neque etiam torturae subjici, quantumvis de crimine suspecti & legitimis indiciis gravati possunt, arg. l. miles 8. C. de quest. l. 3. §. 1. ff. de re milit. Insuper absolute definitum est, neminem egregio honore praeditum questionibus interrogandum, l. 10. C. de dign. lib. 12. l. 11. C. de quest. l. 4. C. ad L. Jul. maj. adeò ut si de

si de facto torqueantur, vel terreantur, tamen confessio e modo expressa non noceat, Ben. p. 3. cap. 39. num. 6. Zang. de tortur. l. 1. num. 3. & seqq. Denique Doctores eminenter scientiae facilius dispensationem legum & mitigationem impetrant, quam plebeii, arg. l. ad bestias 31. ff. de pœn. quam legem laudant & singularem esse dicunt Ias. in l. 1. num. 11. ff. de legg. & in l. jubemus C. de Iudic. Boss. tit. d. par. sub num 8. Ad quam legem provocasse fertur Azo vetus Jētus, quem Baldus in l. contractus C. de fid. inscrum. appellat fontem legum & vas electionis. Hic cum in publica disputatione quadam fervidior factus Adversarium occidisset & ob id ad pœnam capitatis damnatus esset, exclamasse vulgo perhibetur: *Ad bestias, ad bestias;* verba initialia dictæ legis respiciens. At Judices, qui non intellexere, quorsum id pertineret, rati ex impatientia ista in se à reo effundi, adeò non mitigati eō sunt, ut potius tantò magis ad iram accensi ad executionem pœnae festinarent. Ita quidem Alciat. l. 9. parerg. c. ult. sed aliis haec fabulosa videntur. Atque ista breviter delibanda duxi, ne quos dissertationi meæ definivi, limites excedam. Priusquam caput hoc claudam, nonnihil de favore sumtuum Doctoralium, deinde de Bulatis Doctoribus disquiram.

§. X V. De sumtibus Doctoralibus queritur, an conferendi sint à Doctore post mortem parentum? quod negatur eō, quod generaliter scriptum est, non subjacere collationi ea, quæ dignitatis obtainenda gratia data sunt, propter onera dignitati connexa, l. 1. §. 16. ff. de collat. bon. l. 20. §. 6. ff. famil. ercise. Huc facit l. 50. ff. eod. ubi sumtus, quos in filii studia Pater debita pietate ductus erogavit, non computantur. Et quanquam sumtus Doctorales non pertinent ad studia addiscenda, vel continuanda, pertinent tamen ad

G

eadem

eadem illustranda & promovenda. Namque spe dignitatis Doctoralis aliquando consequendæ tanto magis accendimur ad studia tractanda. Quibus accedit, quod lex ista in generare pro ratione habet favorem studiorum, adeoque non arcta, sed producenda venit, per l. 19. ff. de lib. & postb. hered. inf. vel exhb. l. 13. ff. de legg. Denique filius Doctor personam patris nobiliorem reddit, & latitiae occasionem præbet magnæ, Nov. 87. c. 1. §. 1. ibique Glossa, ideoque non videtur velle repetere, quod ejus gratia impendit. Quam in sententiam responso suo ivere Scabini Lipsiensis in causa Laurentii Müller zu Leipzig Mensl. Sept. 1537. Habt ihr auf ernstliches Anhalten und Befehl eures Vaters bey Leben defsen eure studia continuiret, und die insignia Doctoralia erlanget. Er euch auch über die jährlichen Unkosten noch 100. Reichsthaler zugeschicket / so seyd ihr dieselbe in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig. B. R. W. Nisi tamen credendi animo vel imputandi filio pecuniam ad honores Doctorales mississe Patrem probatum fuerit, qui animus non illito probatur ex eo, quod forte id pater libello rationum vel calendario inscripsit: Nam id alio fieri quam credendi proposito potest. Cæterum ubi enormis inter liberos emeritura inæqualitas est sumtibus hisce non collatis, computationi locum fore communiter censem, arg. l. pen. in fin. C. de Collat. Sed tamen & hic necessaria alimenta, quibus filius indigisset domi retentus eximenda collationi, quia hactenus nihil magis impensum in eum, quam in alias, arg. l. 1. C. de neg. gest. Perez. C. b. t. n. 12.

§. XVI. Plurimi auctores inferiore longè loco Doctores à Comitibus Palatinis interveniente bulla creatos habent, atque eos, qui in Academiis renunciantur, & paribus privilegiis, quibus fruuntur Academicci, frui negant: At nullo

nullo jure. Namque certum est , hanc sibi potestatem sumere Comites non autoritate privatâ, sed supra summa Majestatis voluntate atque concessione , atque eadem , qua interveniente collegia Academica gradus Scholasticos distribuunt. Quamobrem cùm utrique ab eodem honorem & privilegia sua consequantur, nulla causa est, cur diverso utrumque jure censeamus & lateri præ altero prærogativam quandam concedamus , Principe eandem utrique potestatem sub iisdem qualitatibus deferente. Neque enim credendum, Comitem Palatinum pro libitu suo & arbitrio quomodocunque quoscunque creare ; sed quos eruditione & scientia sufficiente instructos rigoroso examine ipse cum aliis suæ Facultatis Doctoribus eo fine adhibitis probaverit. Ex quo ruit potissimum diversa sententium argumentum, qui idè negant Bullatos gaudere privilegiis eorum, qui in Academiis renunciantur, quod non legitimè, quod nullo examine interveniente , contra l. 6. C. de Prof. & Med. præmoveantur. Plane aliena est à scopo l. 51. §. 1. de leg. 2. quam quidam producunt. Nec enim sequitur : Adoptivi liberi aliquando liberorum loco non habentur , E. Bullati non sunt Doctores. A disparatis nihil infertur , alio modo se habet bullatus ad Academicum Doctorem, alio liberi adoptivi ad naturales ; Illi cum cundem habeant autorem, saltem mediatum, quem habent Academicici , perinde pro veris ac legitimis Doctoribus habendi. Porrò dicunt, si statutum de Doctoribus in ordinem aliquem assumendis caveat, ibi non admitti Bullatos , item non admitti ad munus Assessoratus in Camera Imperii. Dicunt hoc, inquam, at non probant. Et quid? Si detinuimus hoc ita esse, atramen non videndum, quid Romæ fiat, sed fieri debeat secundum Proculum in l. 12. ff. de off. Praef.

* (52) *

C A P . VI. & U L T .
DE
Contrariis Gradus Doctor-
ralis.

S U M M A R I A .

§. I. Privilegia Doctorum non habent , qui falso Doctoris no-
mine utuntur , etiam si longo tempore id fecerint . II. Nec
indocti . III. Indigni privilegiis sunt , qui gradum adepti-
o nis se mancipant . IV. Vel sordidis ministeriis se impli-
cant . V. Vel turpi vite se dederunt .

§. I.

P rivilegia Doctorum non competit ei , qui Doctoris
nomen atque insignia falso sibi usurpat , et si jam longo
tempore id fecerit : Nemo enim temporis beneficio fit
Doctor , non magis atque Decurio , qui secundum legem
Decurio non est creatus , l. 10. ff. de decur. quemadmodum
nec servus statum mutat , si illicite atque improbe ad civiles
honores adspiraverit , l. 11. C. de liber. caus. l. 2. C. si serv. aut
libert. ad decur. adspir. Accedit , quod præscriptio non con-
tingat sine bona fide præscribentis , qua abest ei , qui quantu-
mis longo tempore pro Doctore se gessit , insuper falsi
poenam incurrit maximè si non solum verbo sibi adscripsit
Doctoris nomen , sed etiam actum quempiam exercuit , non
nisi ad Doctores pertinentem , per l. eos 26. §. fin. ff. ad l.
Corn. d. fass. Quocirca , qui se Doctorem dicit , id proba-
re debet , cum Doctura sit qualitas extrinsecus cuiquam ad-
veniens , nec inesse præsumatur , Bl. in l. ex persona 3. C. de
probat . Probatur autem per instrumenta , sive literas testi-
mo-

moniales Academia vel Facultatis, à qua promotus est , vel his deficientibus per testes, vel juramentum promoti, Br. in l. 3. C. d. agent. in reb. lib. 12. Mascar. concl. 527.

§. II. Qui nulla eruditione & scientia idonea imbuti per sordes aut gratiam Promotorum insignia Doctoralia rapueret , quæ solū dignis & benè meritis sunt promissa, Auth. Habita C. ne fil. pro patr. Petri Gregor. Tholos. de Rep. lib. 18. c. 9. n. 7. Doctorum privilegiis non fruuntur, eosque gradu dejici & insignibus spoliari posse, tradit Sichard. ad l. I. C. de test. milit. n. 13.

§. III. Eo amplius, indignos se reddunt Doctorum privilegiis, qui postquam gradum Doctoris adepti sunt, otio & voluptatibus se incipient, quæ didicere, dediscunt, neque docendo aut consulendo, aut advocando Reipublicæ quicquam prosumt, l. 3. C. de domeſt. & proteſt. lib. 12. l. ult. C. d. Adv. diu. Jud. 2. l. 17. C. d. testam. milit. add. l. fin. ff. d. excus. tut. ubi qui sunt in collegio, immunitatibus ejus non gaudent, si artem nullam exerceant. Nisi quis ex legitima causa senectutis, v. gr. valetudinis, vel paupertatis professionem suam prosequi impediatur.

§. IV. Qui sordidis abjectisque ministeriis & artibus se implicant, digni non sunt, qui Doctorum dignitate & immunitatibus gaudcent, l. 6. C. de dignit. lib. 12. Cujusmodi sunt ars pictoria, l. 26. §. 12. vers. sed si operas ff. de cond. indeb. coquinaria, l. 65. §. 2. l. 99. §. 4. de leg. 3. scenica, vel histrionica, l. 7. C. de incest. nupt. l. 1. C. de natur. lib. & in genere opera manuaria. Quin & ubi Doctor relictis professionis sua terminis ad mercantiam & cambia se confert, privilegio & honore Doctorali sese exxit, Col. de pr. ex. p. 2. c. 3. n. 136.

§. V. Denique qui postquam in eximum Doctorum ordinem cooptatus est, turpi vita se dedit, variisque & e-normibus criminibus sese polluit, dignitatem atque una pri-vilegia amittit: Omnem enim honorem excludit reatus, l.i. C. ubi Sen. vel Clariss. l.siqua C. de secund. nupt. l. 47. ff. de rit. nupt. l. 17. C. de dignit. lib. 12. c. nobilis 2. qu. 5. neque iste si for-tè damnatus sit ad poenam corporis vel capitis, puniri nisi prævia degradatione debet, Hartm. Hartmanni lib. 12. pr. obis. 4. num. 8. Ben. p. 12. c. 44. ubi degradationis modum suo tempore observatum in quodam Doctore de Falconibus re-censeret, cui inter cætera duo libri aperti, mox clausi, item bi-retum de capite, annulus de digito detractus & in terram projectus à ministerio Justitiae fuit. Ita miles delinquens ci-gulo & insignibus militaribus, l. 2. §. ignominie causa ff. de his, qui not. infamib. Clericus habitu clericali prius, quam in executio poena fiat, exiutur, a. 2. de paen. VI.



* (4) *

JACOBI BORNII [CENS] GC
EX LIBRIS ALEXANDRI AVMAVTO
MELITVM SURNATV M. H. C.

JACOBI BORNII JCTI
LIPSIENSIS

PROGRAMMA

DE PROMOTIONE

PER SALTVM.

* (56) *

PROCANCELLARIUS

JACOBUS BORNIUS JCtus &c.

LECTORI BENEVOLO
MULTAM SALUTEM DICIT
ET EUNDEM

AD PROMOTIONEM
DOCTORALEM

OFFICIOSE INVITAT.



Romotio, quæ per saltum fit, in Can. 50.
Synodi Sardicensis περὶ δικτα, semper exosa non minus, quam nociva habita est; sive quod per repentinorum homines, ut plurimum, parum & Ecclesiæ & Reipublicæ consultum credetur, sive quod gressus hujusmodi ambitionis non raro viam ad ruinam eorum sternerent, qui ita cursum suum transcurrunt. Quemadmodum enim ad ardui & excelsi ædificii verticem aliter, quam per scalarios gradus, sine periculo non ascenditur, ita & ad honorum dignitatumque culmen rapido præcipitique cursu, non satis tuto quisquam evehitur. Graviter hinc monet Modestinus JCtus, ut gradatim honores deferantur, Edicto, & ut à minoribus ad majores perveniantur, epistola Divi Pii ad Titianum constitutum esse. Consentit Callistratus, dum scriptum reliquit, gerendorum honorum, non promiscuam facultatem, sed ordinem certum, huic rei adhibitum esse, neque prius maiorem magistratum quenquam, nisi minorem suscepere, gerere posse: Non secus ac

ac Honorius Imperator, de Tyronibus constituit: Tyrone
 semper in scholis posteriori loco ponendos, nec enim pati se,
 quemquam celsiorem gradum obtainere, nisi cui & laborum
 assiduitas & stipendiiorum prolixitas suffragentur. Pontificio
 potissimum Jure, nefas censetur, & pro criminе reputatur, si
 Clericus uno ex septem ordinibus omisso, cæteros suscepit:
 indèque cum de Canonicis delictis, agendum sibi proposuisset
 Decretalium Compilator, huic tractatui Titulum de clericis per
 saltum promoto, inseruit, & Zosimus Papa, in Epistola, ad Isi-
 chium Salonianum Episcopum data, per quam severè: si officia
 secularia Principe in locum, non vestibulum actionis ingressis,
 sed per singulos gradus examinatis temporibus deferunt, quis
 ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœlesti mili-
 tia, quæ propensiis ponderanda, & sicut atirum, repetitis igni-
 bus exploranda, statim dux esse desideret, cum tyro ante non
 fuerit, & prius velit docere, quam discere? Assuescat in domini
 castris in lectorum primitus gradu divini rudimenta servitii;
 nec illi vile sit Exorcistam, Acolytem, Sub-Diaconum per ordi-
 nem fieri, nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione tem-
 poribus. Jam verò ad Presbyterii fastigium talis accedat, ut &
 nomen ætas impletat, & meritum probitatis stipendia antè acta
 testentur; jure inde summi Pontificis locum sperare debebit.
 Amplius qui prætermis s aliquis gradibus non superbia, sed
 negligientia, ad majorem ascenderit, à majoribus abstinere de-
 bere, usque donec congruo tempore prætermis acceperit,
 Alexander Tertius jussit. Quamvis merito observandum, o-
 mne illud, quod circa ordines hos, & de repetitione prætermis-
 forum dispositum, ex enixa septem ordinum assertione profe-
 ctum esse, quos tamen, maximè propter choragium missati-
 cum Idololatricum, commenti sunt Pontifici; & primis Eccle-
 siæ temporibus constitutum haud fuisse, ut in unoquoque gra-
 du, is ministerium præberet, qui ad Sacerdotium promoveri
 yellet, vel hoc solum convincit, quod Cajus Pontifex primum

se instituti hujus, autorem glorietur. Ita enim ille, in Epistola ad Felicem: Apostoli & eorum successores Presbyterorum & reliquorum Ordinationes debite statuerunt; ego vero constituo, quod illi non statuerunt, nempe ut ad ordines Ecclesiasticos gradatim ascendatur; Si quis, addens, Episcopus esse mereatur, sit primò Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolytus, demum Subdiaconus, & postea Presbyter, exinde Episcopus. Cardinalis quidem Baronius, ut & Pontificii dogmatis, & Caji autoritatem integrum & intemeraram, quantum in se est, servet, docet, Caji constitutionem & assertum, exaudiri debere de casu, quo promovendus aliquis est in Episcopum, de cætero utique & ante Caji tempora non licuisse cuiquam, saltuatim ascendere ad Ordines superiores: sed ratione non ipse non addit, cur potius ante Cajum potuerit aliquis, contempta ordinum serie, ad Episcopatum provehiri, minimè vero ad sacerdotium, cum tamen Episcopus nunquam, nisi Sacerdos prius ordinetur, & ipse Pontifex sine sacerdotio esse non possit. Omnibus utique constat ex Actis Apostolorum, Matthiam in immediata ordinatum fuisse Apostolum; neque per ordines minores transfiisse. De se ipso Paulinus narrat, cum apud animum suum constituit, seculi cultui divino in clero mancipare, & humilitatis affectu, per omnes gradus Ecclesiasticos ire, principio ab ostiario facto, dum Laicus adhuc tempus opportunum caparet, de repente Barcinone à populo raptum, & tractum ad Episcopum, Presbyterum ordinatum: Sed licet ita, neq; ex divino, neq; ex primitivæ Ecclesiæ instituto, ordines isti, gradus, in ordinibus, ex præscripto Pontificii juris introducti, servandi sint, nihilominus & in functionibus sacris, præproperas promotions non facile admittendas, ex Lege Justiniani Imperatoris facile probamus, nisi cum ob signem alicujus probitatem, eruditonem aut egregia merita, evidens tale quid exposcat utilitas, tum enim annualium scandiliumque Legum, gratiam fieri, absurdum non fuerit. Omnino ab ipso Episcopatu, muneris eccl-

ecclesiastici, non uni, & nostra memoria, magno ecclesiæ bono,
 initium fecere, non secus, ut Pompejum à summo Imperio Ma-
 gistratus initia, auspicatum legimus, qui non abs re, de se ipso
 dicit apud Plutarchum, militiæ numeros omnes se implevisse,
 & omnes sub se Imperatore. Digna est sanctio ecclesiastica Divi
 Augusti Electoris Saxonia, hanc in rem prodita, quæ legatur;
 ita autem illa Tit. Wie ein Kirchen-Diener vor den Consistorialen.
 2c. Weil auch bish dahero nicht geringe Unordnung und Alergermissh hicez
 aus erfolget dasz junge und der Kirchen-Sachen unerfahrene Studiosi,
 denen die ritus ecclesiæ noch nicht bekannt die auch selbst noch Lehrens
 und Unterweisens nothdürftig/gleich von denen hohen und particular-
 Schulen / auff die Pfarren geführet werden / Verordnen und wollen
 Wir/das hinsüdhro/so viel möglich/leiner auf eine Pfarr verordnet wer-
 de/ er habe denn zuvor eine zeitlang auff einem Diaconat gedient &c.
 & post: Da aber einer in examine dermassen gelehrt / geschrift und
 erfahren/ auch mit Gaben zu lehren ausgerüstet/ und im Predigen schon
 gelübet/ dariu deyer rituum Ecclesiæ nothdürftiglich berichtet / erfun-
 den/mag mit demselben dispensaret/ und solche Person ohne Mittel des
 Diaconats in einem Pfarrer verordnet und angenommen werden. Sed
 non in Ecclesia & Republica tantum per gradus, ad officiorum
 summa, eundum est, in studiis etiam nostris, cum civilis sapien-
 tiæ culmen appetitur, triplici gradu iter parandū, majores nostri
 voluerunt, Baccalaureatu, Licentia, Doctoratu. Et quidē Andr.
 Alciatus eum, qui prioribus neglectis, Doctorum insignia con-
 sequetus est, minus ritè proveatum esse, neque Doctoribus con-
 cessa immunitate, Priviliegiisque frui debere putat. Verendum
 hinc nobis est, ne dubium à quopiam moveatur, an fas fuerit,
 morem Majorum nostrorum, quo iis, qui in Doctores juris pro-
 movendi erant publicè, seorsim distinctisq; vicibus, & Licentia-
 turæ & Doctoralis gradus conferebatur, immutare ita, ut nunc
 uterque eodem die tribuatur, & an non & sic, de qua haec tenus
 dictum, per saltum promocio fiat. Sed salva res est, neque enim
 de essentia est, Licentiaturæ, ut loquuntur, peculiari & separato
 actu, atq; adeò solennitate notabili conferri debere, cum in hac
 nihil aliud agatur, quam ut concedatur potestas capessendi ho-
 nores Doctorales, quod quō ritu, quib⁹ ceremoniis, quove tem-
 pore

pore fiat, nihil refert: neque etiam Ordini nostro dicta Lex unquam est, Licentiatos non, nisi alio die, quam quō Doctoratus ipse confertur, proclamari debere, quin potius mandatum nobis, id agere serio, ut, quācunq; ratione in hujusmodi Promotionibus parcamus sumptib⁹, quo cessest tandem inimica fama, quā dudum, prater meritum nostrum, nullib⁹, quām hic Lipsia, in easdem majores fieri impensas, ja&ctitatur. Insuper & ipsi solennitati Licentiatūrē debite non quicquam decedit, ritusque omnes ante hac observati, hodieque religiosè omnino custodimus. Nec nobis negotium faciliunt, Pontificiæ Constitutiones, quibus interdictum est, ne plures sacri Ordines, jnā eademq; die conferri possint: Quin potius, tanta ha&ctenus est libertas Academica, in honoribus hujusmodi tribuendis, quantam sibi Pontifex Romanus, in conferendis suis ordinibus sumit, ad exemplum Clementis VI. qui Imbertum Delphinatus Principatū abdicato, noctu natalis Domini, ad omnes sacros ordines, uno du&etu promovit. Non ergo sive nobis, sive nostris inde metuimus; sed ex autoritate Reverend. Seren. ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI, Duci Saxonie, Julie, Clivia ac Montium, Postulati Administratoris Episcopatus Martisburgensis, Landgr. Thür. Marchio-Misnie, & uriusque Lusatia, Principaliæ Dignitatis Comitis Henneberga, Comitis in Marca, Ravenberg & Barby, Dynastie in Ravenstein &c. Nurriti nostri benignissimi, Cancellarii Academia hujus perpetui, Domini mei Clementissimi, qui Pro-Cancellariatus munus, hac vice benignissime mihi demandavit, ad proximum Jovis diem, qui sextus currentis modi mensis Novembris est, iterum tribus Jurium Candidatis, quos ante has paucas septimanas, publicè omnibus, ut quasi in ordine, supernatalibus vita, moribus, eruditione, rebusq; condigne gestis, scrutinium fieret, præsentavimus, nimirum

GEORGIO QVIRINO POECKELIO. QVIRINO HART-

MANNO SCHACHERO, Lipsiensibus, &

ANDREÆ CHRISTOPHORO ROESNERO, Calba-Saxoni, & Baccalaureatus, & Licentiatūrē & Doctoratus Gradum, conferendum, in Templo Academicō dēcrevimus. Quam Panegy-
rin, ut & Rector Academia Magnificus, & utriusque Reipublicæ
Proceres, & Nobilissimi Domini Studiosi, præsentia sua illustri-
orem faciant, enixè rogo. P. P. Postridie Kal. Novembr. Anno
1684.

ULB Halle
006 224 121

3



vol 18
VJ 17



1478.

B.I.G.

PETRI MULLERI, Jcti

ET ANTECESSORIS SALANI

TRACTATIO JVRIDICA
DE

GRADV DOCTORIS

Von

Der DOCTOR - Gürde

CUI ACCESSIT

JACOBI BORNII Jcti
PROGRAMMA

DE

PROMOTIONE PER SALTVM.

ACCVRANTE

CHRISTIANO VLRICO GRVPEN.

JENÆ, Typis PAVLI ERICHII. 1715.